SAMUELIS BASNAGII FLOTTEMANVILL AEI ANNALES POLITICO...

Samuel Basnage

SAMUELIS BASNAGII,

FLOTTEMANVILLÆI,

ANNALES POLITICO-ECCLESIASTICI ANNORUM DCXLV.

à Cæsare Augusto ad Phocam usque.

In quibus Res Imperii Ecclesiæque observatu digniores subjiciuntur oculis, erroresque evelluntur Baronio.

TOMUS PRIMUS.

Exhibens ea notatu digniora, quæ annis Quadraginta tribus antè Natale Domini Dionysianum, & primâ Æræ Christianæ Centuriâ continentur.

ROTERODAMI,
Typis REGNERI LEERS,
MDCCVI.

Nobilibus, Magnis, Potentibusque

DUCATUS GUELDRIÆ
ET
COMITATUS ZUTPHANIENSIS
ORDINIBUS,
PATRIBUS PATRIÆ,

SAMUEL BASNAGIUS,

FLOTTEMANVILLÆUS.

A Temeritate non alienum multis videbitur, quòd exul ego, & in obſcura vita conſtitutus, Annales AMPLITUDINI VESTRÆ meos nuncupare auſim. Verùm enimverò illud ipſum hanc confidentiam parit, adjuvatque meam. Quippe quod in maximis malis ducitur exilium, multis aliquando junctum incommodis, ignominiæ, paupertati, in laudem præcipuè verto, cùm pietatis amore patriæ fines, dulciaque olim arva reliquerim. Voluntaria loci mutatio hæc fuit, ne conſcientiam ingratâ ſuperſtitione polluerem. In hoc exulto atque triumpho, nec dubito, quin ea de cauſa apud omnes Chriſtianæ Religionis tenaces in gloria ſit nomen meum. At Annales quidem meos AM-

PLITUDINE VESTRA indignos esse profiteor. Eâ re tamen moneor, ut ex magni nominis vestri claritudine exiguo Operi meo decus comparem atque præsidium. Si verum placet, ingentis molis est, Annales Ecclesiasticos scribere, cùm alia sit Pontificiorum, alia Evangelicorum de Ceremoniarum antiquitate sententia; resque Chronologicæ sæpenumerò multum sibi noctis assumant. Difficultatem operis illi sanè fatebuntur, qui Baronium legerunt, Annalibus suis quàm purpurâ longè celebriorem, qui innumeris erroribus Opus maculavit suum, quos pro viribus emendare curavi. Sed me multos etiam irritasse crabrones, quorum aculeis petar, persuasum habeo. In ea re tamen id solatii reporto, quòd sciens prudensque veritati non obstiterim, cujus si quandoque cursum non teneo, magnis cæteroquin ausis excidisse juvat. Itaque, NOBILES, MAGNI, POTENTESQUE ORDINES, in vestra autoritate clypeum quæro, quo tectus adversariorum tela facilè spernam.

Date ergo meis Annalibus facilem cursum, atque audacibus annuite cœptis, & quem illustrandis Imperii Ecclesiæque Rebus vestra sub ditione librum, vobis nuncupatum edidi, benignis animis accipite. Non ingrati erga vos pectoris indicium est, atque munusculum. Galliâ egressus, parte librorum raptim collectorum, uxore liberisque comitibus,

post

post quadruplex exilium in Gueldriam appuli. Novam ibi patriam, tranquillam sedem, illustres & fautores, & amicos reperi, quibus nil jucundius esse potest, quæ etiam fortunæ olim in Gallia lautæ satis, quàm longissimè antepono. Neque de me duntaxat, sed de compluribus quoque profugis benignitate vestrâ meremini. Testes Ecclesiæ Gallicæ complures, vestra in Provincia conditæ. Testes Evangelii præcones, quos egentes excepistis, quibus & stipendia tribuistis. Testes illæ matronæ, quibus Coenobium constituistis, ut dispersis in eo portus esset, perfugiumque salutis, & in utroque sexu semper honos nomenque vestrum laudesque manerent.

Hæc sunt egregia pietatis vestræ specimina, quæ vel in Reipublicæ commodum cessura sunt, cùm Deus Optimus Maximus fidem mortalibus astrinxerit suam, illis se benefacturum, qui ipsius nomine egentibus discipulis suis necessaria suppeditant. Tot sanè Christianorum, quibus adjumento fuistis, preces saluti Gueldriæ & jam profuere, & proderunt postmodum. Credo equidem, nec vana fides, cùm sæviente dirissimo bello, cujus igne tota nunc Europa corripitur, grassantes hostes, qui penè Neomagenses muros habebant, feliciter à nostro milite repulsi, longo jam ab urbibus Gueldriensibus intervallo distent.

Profectò Christus auxilio nos suo nunquam destituet.

Vivite felices, NOBILES, MAGNI, POTENTES ORDINES, atque sedulò id semper agite, ut relegatis dissidiis, Legum autoritas perpetuò vigeat, observantiaque Civium erga Magistratum, Magistratus & amor erga Cives ubique floreat. Sic Respublica lætabitur; sic Ecclesia in tranquillo jacebit, sic utrique eritis emolumento & ornamento. Intereà mihi obsequentissimo vobis, & fidelissimo clienti singularem æternamque benevolentiam præstate.

Zutphaniæ, anno reparatæ Salutis 1705.

PRÆFATIO.

Historia est testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magistra vitae, nuntia vetustatis. Quas meritò laudes in Annales Ecclesiasticos conferre licet. Quid enim ad excitandum fidei incitamentum aptius esse possit, quam victoriae partae, quae ab infantibus sunt habitae longissima, flammis circumdata, sanguine inundata, de furore tamen tyrannorum, de Haereticorum insania, de mundi blandimentis, de Daemonum impetu nobilem triumphum duxit? Quid ad patientiam alendam, aut rerum caducarum contemptum animis instituendum utilius, quam in mediis ignibus constantia Martyrum Christi laudes canentium, tum quae [illegible] ad caelestia gaudia fessi veniunt? Quid ad stabiliendum in mentibus Religionis fundamentum, quam venerandae Antiquitatis consensio consanguinitate doctrinae cum Apostolica adjuncta? Quid orthodoxae Historiae aptius, quam Patriarcharum eorum in Conciliis ubique locorum celebratis damnatam, quâ impietatem quaeque errores quasi fulminibus obruuntur? Antiquitatis quidem Ecclesiasticae notitia adeo necessaria est, ut eâ deficiente vix ad plenam consertamque rerum Theologicarum peritiam pervenire liceat. Itaque complures olim fuere, qui ad Ecclesiasticam Historiam condendam sese compararunt. Omnium ore Hegesipporum, Eusebiorum, Socratum, Sozomenorum, Theodoritorum, Evagriorum nomina celebrantur; nostris vero prope temporibus Caesar Baronius ad Annales Ecclesiasticos concinnandos admovit animum. Ingens sane Opus, quod rerum varietate, stupendâque in congerendis Veterum monumentis diligentiâ, & Auctori laudis multum attulit, & Lectoribus admirationem movet. Ex eo fonte Godeaus, Fleurius, Natalis Alexander Sauriusque noster, ut alios praetereamus, hortos suos irrigarunt.

Verum enimverò Baronio ab omni parte beato esse non licuit. Quippe errores haud multos in Annalium parente deprehenderunt eruditi, quos & castigarunt Casaubonus, Usserius, Petavius, Norisius & in Historia Pelagiana, & Christophorus Pagius, aliique Operibus, Pagius in Critica, Natalis Alexander in Historia sua. At Augiae stabulum nondum purgarunt. Qui dedita operâ in Baronium scripsit Pagius, multa praeterit, quibus censurâ opus erat. Exempli gratiâ, scripsit Baronius Sampsaeum Eucharistiam tamen quandam suppeditantem, veram mentitur, quod firmat auctoritate Athanasii. Graeca sunt, [illegible], vela Ecclesiae. Cum in suo tempore Baronius legisset, Ecclesiae tabulas, videre potuisset [illegible] communicantibus exponitur. Hunc Baronianum Criticus errorem non purgatum reliquit, quem ridiculum sane purgare debuit. Dicit Baronius, Annibalem aurum suum Dianae Ephesinae in Templo deposuisse. Atqui ex Cornelio Nepote atque Justino scimus, Annibalem in Templo Dianae Gortyniensis amphoras plumbo repletas collocasse. Itaque geminus est in ea re error Baronii, quem ejus Criticus non perstrinxit. Sexcenta sunt ejusmodi, quae à Pagio praetermissa Annalium parenti detrahimus.

Baron. An. 57 n. [illegible].

Baron. An. 57 n. [illegible].

Natalis Alexander nonnunquam Baronium emendat, frequentius tamen eum emendare debuit, ut tranquillioribus animis Annales evolveremus, ne in varios errores incideremus. Quin etiam Baronii peccata nobis aliquando reponit. De Martino Papa sic scribit: Haereticus Imperator ipsum a Constantinopolitana Basilica abstractum, in exilium relegavit anno Christi secundum Baronium DCL vel DCLIII secundum Sirmondum.

Natal. Alex. Histor. Sec. 7. pag. [illegible]

En

Ex [illegible] *Chronologum? Quasi verò à* [illegible] *particula* [illegible] *aliquid* [illegible]. *Ammo* [illegible] *ablatum est*, [illegible] *Mortuum in* [illegible] *ad Theodorum Epistola, qua* XVI. *Kal.* [illegible] *Dominica* [illegible]. [illegible] *annus Dom.* [illegible], [illegible], *quem Cyclus Solis* XVIII. *F. Epacta Sol* [illegible]. [illegible] *Martum* [illegible] *annum est* [illegible] *sententia est*, [illegible] *facerent, quæ* [illegible] *prænuntiat* [illegible]. *Quasi* [illegible] *castigationis* [illegible] *non* [illegible] *consistentiam* [illegible]. *Hunc errorem ad annum* CCVI. *emendamus*. [illegible] *est etiam Natalis Alexandri Tertullianum explicatio. Dicimus Tertullianus* Sanctus dies Paschæ, quo convenimus [illegible] publica [illegible] religio est, [illegible] *Quæ verba Natalis Alexander illustrat explanationis* [illegible] *Tertullianum significat* [illegible] quadraginta dierum spatium, quod ante Pascha decurrit. *Quasi verò* [illegible] *Paschæ* [illegible] *Quadragesima dies* [illegible]. [illegible] *ergò* [illegible] *eruditum, Tertullianum Sanctum Veneris diem* [illegible], *quo Paschalis festo* [illegible], *& qua ad celebrandum Domini Passionem præcipue* [illegible]. [illegible] *quoque* [illegible] *eruditis* [illegible] *est*. De Francis, quod [illegible], Carolus [illegible] tempore longè [illegible] *est.* [illegible] *Scriptorem Historiæ? Atqui* [illegible] *Aurelianus quinquaginta & eo amplius annis ante Synodum Nicænam, cum Francorum nomen jam in ore erat omni populo, teste* [illegible] Mille Francos, mille Sarmatas semel occidimus. *Præterea* [illegible] *Acta Martyrum* [illegible], *quibus ad* [illegible] *Denique ea ad* [illegible] *Methodo, quam Historicum* [illegible], *cum pulvere Scholastico Historiam suam* [illegible], *propositis Syllogismis, quorum majorem probat atque minorem.* [illegible], *quæ* [illegible] *exemplum*, [illegible] *observetur*. Conclusio prima. Quot annis vixit mortalis Christus determinari, ex sacra Traditione certo colligi non potest. Probatur in quæstione, circa quam Sancti Patres, & Veteres Auctores Ecclesiastici dissentiunt, nihil certi colligi potest ex Traditione. Atqui in numero annorum Christi SS. Patres dissentiunt, ergo &c. Probatur minor. *Divinâ hâc arte ac methodo Scriptor Historiam suam* [illegible]. *Quod à* [illegible] *quidem* [illegible] *abest. Materiæ* [illegible] *respondere debet. Quæ cum ita sint*, [illegible] *Historiæ, antiquitatisque Amatoribus cumulate satisfactum est, qui* [illegible] *Imperii & Ecclesiæ Annales desiderant.*

Ex eo die, quo in Baronium oculos conjecimus, multa observavimus, quæ censurâ [illegible] *erant. Primum itaque nobis complacitum fuit, ut eam Exercitationes condere*, [illegible] *Casauboni exemplo. Quod Opus anno* MDCXCII *Trajecti ad Rhenum lucem aspexit. At viri prudentes & eruditione insignes nobis auctores fuere, ut mutato consilio ad Annales Ecclesiasticos conscribendos animum appelleremus: ex iis fructum utilitatem longè majorem, quam Exercitationibus* [illegible]. *Sic in brevi quasi tabula totam Imperii & Ecclesiæ imaginem conspici, sic Antiquitatem illustrari, sic hæresum turpitudinem detegi, sic* [illegible] *Baronium emendari* [illegible]. *At primum nostræ tenuitatis* [illegible], *quàm Annales* [illegible] *esse* [illegible] *& corporis, & animi. Ad* [illegible] *nostram fatebamur imbecillitatem, verendum esse, ne magnus onus excideremus. Cum porrò* [illegible] *de nobis benè*

meriti

metus ad scribendum nos accenderent, eorum monitis, implorato Numinis auxilio, tandem obtemperandum esse existimavimus. Neque diu incertus fuit animus, undenam initium scribendi faceremus. Obtulit se sibi Cæsaris imperium Augusti, quod rerum eventu nobis, cum ex Natalibus Dei Servatorisque nostri Jesu Christi claritudinis multum accepit. Sed & Augusto regnante alia sunt multa, quæ ad illustranda Scripturæ oracula non minimum conducunt. Templum Hierosolymis conditum, cujus in Evangelio mentio est frequentissima: Historia inclitæ Herodiadum, quæ Christi rebus, germanoque anno ejus natali intelligendo plurimum lucis fœnerat. Quam vir sane doctissimus, sed ad evertendam Antiquitatem pronus & audacissimus Harduinus, edito de Nummis Herodiadum scripto, obscurare conatus est. Nempe contendit, Herodem Magnum patrem fuisse Atheniensem. Ad ejus potestatem Judæam tantummodo pertinuisse. Quasi verò Josephus, qui anno Dom. XXXVII. natus est, Herodiani Regni fines ignorare potuerit, qui Galilææ præfecti erant bene noti. Sed & Strabonis in ea re cum Josepho magna conspiratio est. Josepho quoque Dio assensum præbet: Zenodori cujusdam Tetrarchiam Herodi attribuit Augustus. Nil causæ sane fuit, cur Antipas Galilææ, Philippus Trachonitidis & Ituræa Principes imponerentur, nisi quia paterni Regni partem nomine hæreditatis adepti sunt. Ait etiam Harduinus, Herodem Tetrarcham ab Herode Agrippa, qui Jacobum Hierosolymis interemit, diversum non fuisse. Audacem sane sententiam, quam non Josephus modo, verum etiam Philo refellit in sua ad Caium legatione. M. Agrippa, verba sunt Herodis, cum avus maternum Judæam Herode avo meo regnante adiit. Antipæ verò Herodes Magnus pater fuit, avus non fuit. Novas Harduini assertiones ejusmodi, quæ Antiquitati & Historiæ funestæ sunt, ab uno convellimus.

Hard. de Numm. Herod. p. 11.

Dio l. 54. p. 526.

Hard. de Numm. Herod. p. 44.

Annales scribenti duo præcipue observanda veniunt, materiæ scilicet præstantia, quæ in rerum veritate varietateque sita est, & ordo temporum, de quo egregie à clarissimo Gerardo Joanne Vossio dictum est. In totius orbis Historia, vel magni ac diuturni Imperii, totiusque Ecclesiæ rebus, si ordo gestorum fœde conturbetur, ne illa quidem, quæ videre nobis videmur, magis cernimus, quam eximiam & ab omni arte laudatam corporis humani fabricam conspiceremus, solum oculorum aciem defigentes in monstrosam hominis picturam, ubi pedes capitis, venter pectoris, brachia pedum occuparent locum. E contrario autem ubi sese extulerit aureum temporum jubar, pulsis tenebris plusquam Cimmeriis, cuncta omnia luce vestiuntur, atque formoso corpore omne membrorum decus apparet. Atque hoc est serenum ac splendidum illud lumen, quod in Historia exigimus. Revera si ad Chronologiam Scriptores diligenter attendissent, multis profecto erroribus sese liberassent. Paulus scripsit Apostolus, pericula multa se adiisse; pericula in mari. Quod ad hæc Ambrosiaster: Hoc est periculum quando in mari, hoc est, in navi milites cogitaverant omnes custodias excidere, ne quis enatans effugeret. Quod periculum Centurio prohibuit inferri, ne Paulus occideretur, ut eum vivum Romam perduceret. At sane extra modum explicatur, quæ à recta Chronologia refellitur, cum posterior ad Corinthios Epistola ante scripta sit, quam Paulus à Julio Centurione in urbem duceretur. Quod si Grotius [illegible] temporum seriem diligentius observasset, non tam turpiter errasset, ut hominem illum peccati, filium illum perditionis, quem atris coloribus Apostolus pingit in posteriore ad Thessalonicenses Epistola, Caligulam reperiret Imperatorem, qui diu ante quam ea scriberentur, naturæ satisfecerat.

Ambrost. in 2. ad Cor. 11. 26.

* * *

At

PRÆFATIO.

At Chronologiæ necessitatem rectè deprehendit Baronius, qui res Ecclesiæ Imperiique temporibus dividere fuit conatus. Et ut tamen Chronologia adeo distorta est, ut densissimam temporum doctrinæ noctem induxerit. Cum enim germanum Christi Natale cum Dionysiano, quod Baronianum toto biennio excipit, permiscuisset, inde Fasti omnes turbati, & veri Consulatus exterminati sunt. Quem & in errorem incidit vir doctissimus Carolus Cointius in Francorum Annalibus. Neque id modo, sed in Chronologia quoque & Principum & Episcoporum Baronius frequentissime peccat, quod exemplis est demonstrandum, ne præceps & temeraria accusatio videatur. Mauritii initia Imperatoris cum anno Domini DLXXXVI *cohærere putat in Annalibus, cum certissimum sit, ab anno* DLXXXII. *Mauritianum imperium esse deducendum. Hinc in Libero, Mauritiique annos quadriennii perturbatos. Dagoberti Regis obitum anno 645 Baronius vindicat. Quam sane Chronologiam [illegible] laborantem refellit [illegible] Clotharii, Synodi Parisiensis [illegible] anno 615 stabilitum:* Data sub die XV Kal. Novembris, anno XXXI Regni nostri Parisiis. *Imperavit Clotharius annos* XLV *quorum tricesimus primus cum Æra Christiana* DCXV *copulatur. Clotharii igitur Clotharii anno* DCXXIX. *terminatur, quo initium Dagoberti, qui defuncto Clothario successit, est constituendum. Anno igitur 638. Dagobertus vitâ migravit, qui novennio duntaxat parenti superstes fuit, quorum septennio circiter regnaverat. Ut tandem autem de Pontificum Romanorum Baronii Chronologiam prætereamus, de Patriarchis Constantinopolitanis unum & alterum exemplum. In eis Antonius numeratur, de quo Zonaras:* Patriarcha Theodoto mortuo, qui [illegible] Ecclesiæ præfuerat, Antonius, cognomento Cassimatas, in ejus locum suffectus est.

Zonar. Ann. lib. XV. n. 19.

Hinc apparet cæterique, quanta labes Baronianam de orbis Regiæ Patriarchis Chronologiam infecerit, cum Antonius in ea desideretur, qui tredecim annis Pontificatu functus est. Hos aliosque innumeros errores non [illegible] nostris in Annalibus emendamus. Materiam Operis nostri quod attinet, tanta est rerum Ecclesiasticarum cum rebus Imperii cognatio, ut eas conjungere opus fuerit, cum sibi mutuò lucem fœnerent. Qui ante Constantinum Magnum rerum potiti sunt, Cæsarum nonnulli Ecclesiam gravissimè vexarunt, alii Edicta in ejus gratiam conscripsere: nonnullis oblata sunt à Christianis Apologia; Acta igitur Imperatorum, quæ vel jucunditate sui alicujus animos, vel informandis virtute Lectoribus, vel instruendo in vitia odio, visa sunt idonea, nostris Annalibus inseruimus. Postquam verò Cæsares in Christi verba jurarunt, magis etiam necessarium fuit eorum Historiam texere, cum Leges in Ecclesiæ commodum multas promulgarint, Synodos coegerint, Hæreticos vexarint, & ex aliis etiam nonnulli corruptâ religione in Orthodoxos involarint. Neque obiter & [illegible] brachio quæstiones, quæ momenti sunt alicujus, tractare voluimus. Rationes eruditorum à nostra sententia dissidentium ad examen revocamus. Magna quæstio est, fueritne Adrianus à Trajano adoptatus? Hoc velit clarissimus Dodwellus, qui adoptionem anno CXVI. *factam esse, multis, nec inertibus sane argumentis ostendit: quibus solutionem attulimus. Disputatur etiam inter eruditos, Hierosolymamne Adrianus excitare voluerit, aut Christo Templa posuerit, quod affirmat Lampridius:* Alexander Severus Christo Templum facere voluit, eumque inter Divos recipere, quod & Adrianus cogitasse fertur, qui Templa in omnibus civitatibus sine simulacris jusserat fieri, quæ hodie idcirco, quia non habent Numina,

Lampr. Sever. n. 43.

dicun-

dicuntur Adriani. Lampridii defensionem adversus Casaubonum fusè, qui clarissimus Huetius. Nos Lampridii narrationem falsi postulamus. Complures etiamnum Quæstiones, quæ Antiquitatem illustrant, quarum pleræque diligenter tractamus, cum fide & veritatis emolumento, & Lectoris oblectamento.

Acta Martyrum Historiæ Ecclesiasticæ pars magna est ad commovendos affectus idonea. De Actis martyrii Polycarpi Scaliger: Quorum, inquit, lectione piorum animus ita afficitur, ut nunquam satur inde recedat... Certè ego nihil unquam in Historia Ecclesiastica vidi, à cujus lectione commotior recedam, ut non amplius meus esse videar. *Revera magnos tot Christi militum pro Domini sui gloria certantium exemplis ad fortitudinem animos instigandam permovemur. Hic tamen ingenua sobrietate opus est, ut falsos Martyres non inferamus, qui in Annalibus Baronianis, Martyrologioque Romano immeritam sedem invenere. Cantatur Nicephoro, Menæis, Annalibusque parentis ingens illa Christianorum carnificina, patrante Diocletiano perpetrata. Viginti quoque Martyrum millia in Ecclesia Nicomediensi Natalem Christi celebrantium, holocaustum Deo offeruntur: accensus ignis mandato tyranni, temporis momento Ecclesiam complexus, omnes in cineres redegit. Ea tamen fabula est, quam Lactantius in libro de Mortibus Persecutorum debellat.* Terminalia deliguntur, quæ sunt ad VII Kalendas Martias, *ut Ecclesia Nicomediensis everteretur. Imperatores* vero in speculis duo inter se contendebant, utrum ignem potius supponi oporteret. Vicit sententia Diocletianus, cavens ne magno incendio facto pars aliqua civitatis arderet. *Nulli ergo Martyres in Ecclesia Nicomediensi combusti sunt, eodem die Natali Dominico, cum XXIII Februarii* Terminalibus & [illegible] *ea à Prætorianis solo adæquata sit. Innumeros & alios Martyres, quos Baronius, Ruinartusque in Cælites retulerunt, fictitios putamus esse. Ubi vero certis monumentis de passione constat eorum aliquorum, qui gloriæ Christi sanguinem dedere suum, de tempore, locoque mortis ipsos inquirimus illustranda veritate. Martyr fuit maximus ille Ignatius, Antiochenorum Episcopus, cujus supplicium viri eruditissimi Loydius Asaphensis Præsul, & Pagius in annum Dom. CXVI. contulerant, nos ad CVII. revocamus, rationesque adversariorum, quantum enim possumus, evertamus. De loco vero, ubi Ignatius feris bestiis occubuit, quem urbem Romanam esse putant, pendemus animi, nec statuimus, nisi nostra hic conjectura faciat, argumentis nixa. Martyr fuit Polycarpus, de cujus anno supremo eruditorum sententiæ variant. Nos, ut jejunam Lectoribus narrationem proponamus, quis Statius ille Quadratus, qui Polycarpum igni tradidit, quid Sabbatum magnum, quo Sanctus Martyr extinctus est, undenam deducendi anni sit, quibus Domino ministravit, quandonam cælesti Deo animam reddidit, investigamus. De insignioribus Christi Martyribus contentio nostra hæc est, ex qua majorem legentibus præbere fructum utilitatis existimamus.*

Ut Cælum stellis ornatur, sic Synodis ubique terrarum congregatis decoratur Historia. Ubinam ergo locorum Concilia celebrata sint, qui illustriores Episcopi iis interfuerint, quos Canones ediderint, Decretorum & materiam adducimus ante oculos. Eruditorum in sententias imus, Hosium Sylvestri Papæ nomine Concilii Nicæni Principem egisse. Quum ille Episcopus Regiæ urbis, qui referente Eusebio, ob ingravescentem ætatem Nicæa abfuit. Non Metrophanem Byzantinum, ut Petrus Marca, aliique eruditi existimant, sed ipse Romæ Antistes. Quamdiu Nicæna

Lact. de Mort. Pers. n. 12.

Synodus versata sit; an Constantius in Palatio, vel in Ecclesia sederit, non obiter tractamus. Eadem methodo de Conciliis disserimus, ut accuratiore eorum notitiâ instruamur. De Ephesina Synodo, quæ miserum damnavit Nestorium, ampla fusaque nobis materia crevit. Quippe antiquis, novisque Scriptoribus Nestorius audit Hæreticus, neque immeritò, si geminas in Christo personas prædicasset, cùm pretiosus ille sanguis, qui vindicem Dei justitiam placavit, puri putique hominis sanguis foret, quod cum Scripturæ oraculis pugnat, dicentibus, Deum Ecclesiam redemisse sanguine suo. Cum porrò certa nobis stet sententia, non ex fama quidem, quæ tam ficti tenax, quam nuncia veri, sed ex Autorum ipsorum verbis certum exploratumque de eorum fide judicium esse pronuntiandum, ab errore, qui Nestorio ascribitur, ejus innocentiam liberamus. Cujus testes excitamus ipsos Nestorii libros. Ex multis pauca hæc memoriæ recondantur. Ad Scholasticum Eunuchum Imperatoris Nestorii Epistola hæc est: Admiror amatricem Dei animam tuam, quomodo fabulas approbaverit immundorum, dicentes de nobis, quòd abjuraverimus vocem, quâ Dei genitrix nominatur. Quam, sicut nosti, sæpius diximus. Diximus vero ita, ne aut purum hominem quis suspicaretur Dominum Jesum Christum, aut Deum humanitate nudum. A vocabulo tamen Deiparæ Nestorium abhorruisse creditum est. Hanc & orationem in Ecclesia Constantinopolitana Nestorius habuit. Dixit Matthæus, Liber generationis Jesu Christi: non ait, Liber generationis Dei Verbi, neque Liber geneseos hominis. Si enim dixisset, Liber generationis hominis, purum nobis hominem Christum videretur ostendere: si vero dixisset, Liber geneseos Dei Verbi, Divinitatem nobis expertem humanitatis induceret. Utraque igitur naturas in appellatione Domini Christi complectitur, ne quid horum sine alio possit intelligi. Quo quid magis aptum pietatique conjunctum dici potest? Ephesinæ tragœdiæ mysteria in lucem protulit Christianus Lupi Syllogæ, ex MS. Casinensis Bibliothecæ desumpta, non sine veritatis emolumento. Quantas à Cyrillo Nestorius calumnias passus sit, ex Irenæi Comitis testimonio discamus. Dixerat Nestorius: Non peperit, optimi, Maria Deitatem, sed peperit hominem Divinitatis inseparabile instrumentum. At ille vocem Divinitatis immutans fecit, non peperit Maria Deum.

Lupi Syll. cap. xv. p. 41.

Lupi Syll. c. [illegible] p. 18.

Lupi Syll. cap. vi. p. 23.

Temporis lapsu ritus bene multi in Ecclesiam irrepsere, quibus Antiquitas Apostolica suppar, vel etiam Apostolica institutio vindicatur. Splendente eo vetustatis fuco ornatæ à Latinis ceremoniæ nobis obtruduntur, quibus totis nervis Baronius eruditionis suæ suppetias tulit. Ac in ea re quidem quod Ecclesiæ Romanæ Purpurato dignum fecit, cùm in ritibus ejusmodi observatione plebeiæ pietatis pars longe maxima versetur. Sic Quadragesima, sic Paschalis festi institutio, sic jejunium sumendæ Eucharistiæ requisitum Apostolis vindicantur. Antiquitatis larvam Latinorum ritibus detrahimus, partim amore veritatis, quâ nil charius esse debet, partim ne humana instituta pro divinis habeantur, non sine Religionis injuria. Baronii, imo Evangelicorum quoque nonnullorum, Juelli Sarisburiensis Episcopi, Hospinianique opinio fert, priscis seculis servatam esse Eucharistiam in Ecclesiis, ut Fidelibus esset viatica. Hoc argumentis bene multis Baronius, Bellarminusque ostendere conantur. Quibus vires frangimus, cum ante Ambrosium Mediolanensem nullum exemplum extet Fidelis, qui ultimum agens spiritum Eucharistiam sumpserit. Exemplum primum hoc est sine exemplo. In signum quidem redditæ pacis sacra Pœnitentibus moribundis mysteria porrigebantur: verum non ex Ecclesia ad

eum

eam usum reservata deprehendebantur. Reservatio quidem domestica Sacramenti, quæ tum permittebatur, paulatim in Templis extinguebat. Neque etiam olim in usu fuisse, ostendit nobis noster Augustinus locus. Vir Tribunitius Hesperius, qui apud nos est, habet in territorio Fussalensi fundum, Zubedi appellatum, ubi cum afflictione animalium & servorum suorum domum suam spirituum malignorum vim noxiam perpeti comperisset, rogavit nostros me absente Presbyteros, ut aliquis eorum illo pergeret, cujus orationibus cederent. Perrexit unus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orans quantum potuit, ut cessaret illa vexatio, Deo protinus miserante cessavit. *Quanto decentius justa ac sanctius Presbytero fuisset, ex Ecclesia Sacrarum deferendam ad prædium Zubedi Eucharistiam asportare, quam in loco profano eam consecrare? Hoc ergo fecit, quia nulla erat in Templo, quam afferret. Ea quoque de causa Lucianus Martyr jamjam moriturus, in carcere* supra proprium pectus *Eucharistiæ sacrificium obtulit. Argumento atque indicio in Ecclesia Sacramentum non fuisse, quod morienti præberetur. Aquæ sive benedictæ antiquitatis multum Latini vindicant. Clarissimus Du Pin ætate Cypriani aquam lustralem in usu fuisse existimat.* On prouve par les Lettres de ce Pere, qu'on se servoit d'eau benite. *Baronius verò aquæ benedictæ institutionem adscribit Apostolis. Quid in ea quæstione sentiendum sit, multis docemus. Aquæ benedictæ antiquitatem Optatus evelit verbis ejusmodi, quibus Donatistas compellat.* Jam illud quale est, quod in multis locis etiam parietes lavare voluistis, & infusa sparsa salsa aqua spargi præcepistis? *Eadem curâ atque diligentiâ Latinorum ritus ad normam Antiquitatis expendimus.*

Patrum, qui virtutibus lucubrationibusque suis inclaruerunt, vitam, librorumque Chronotaxim exhibemus, Apologias Justini, Melitonis, Athenagoræ temporibus dividimus suis, neque Hæreticos prætermittimus. Et cum Medico venena, Philosophoque sophismata nosse ad ea cavenda perquam utile est, sic errorum insidias nosse ad eos vitandos necessarium est. Ad nostros itaque labores illud etiam accessit, ut in sectarum placita inquireremus, ut pars ea non ignobilis Historiæ nostris in Annalibus desideraretur. Aliunde eruditorum animadversiones castigandæ erant, ne incautos inescarent. Pharisæos metempsychosim admisisse, multis creditum. Quod non ita pridem clarissimus affirmavit Leusdenius, Linguæ Hebraicæ in Academia Ultrajectina Professor. A metempsychosi tamen Pharisæos alienos esse, ex Luca liquido constat, affirmante eos mortuorum resurrectionem *profiteri, quæ in metempsychosi jam nulla est. Cujus enim corporis ea esset anima, quæ tot corpora incoluisset? Sed & verba Josephi, quæ occasionem existimandi præbuere, Pharisæos Pythagoricos mutasse, ab ista absurditate illos liberant.* Animam autem omnem quidem incorruptam esse, transire autem in aliud corpus solas bonorum. *Ex metempsychosis autem doctrina animæ in varia specie corpora migrant, non in aliud duntaxat corpus. Itaque Pharisæis corpus aliud dicebatur, non numero quidem, non specie, sed affectionibus & qualitatibus diversum, quod ante resurrectionem corruptibile, post resurrectionem immortalitate donabitur. Essenorum instituta fusiùs depinximus, quæ viri summi Scaliger atque Salmasius non accurate satis expressere. Existimant enim, Essenos Soli exhibuisse adorationem, quâ idololatriâ eos non laborasse demonstramus. Insuper barbaras Hæreticorum voces* Barbelo, Jaldabaoth, *aliaque ejusmodi, quæ eruditis molestiam multam exhibent, ex*

phore

Aug. de Civ. l. 22. c. 8.

Philost. l. 2. c. 13.

Optat. l. 6.

Joseph. de Bell. l. 2. c. 7. p. 786.

plicare tentamus. *Helcesaitarum orationem attulit Epiphanius: quam Petavius Scaligerque explanatione illustrare suâ voluerunt. At si verum placet, prorsus infeliciter. Negat Scaliger orationem esse:* sententias verò tres *sectæ hujus esse contendit. A temeritate tamen propius abest, negare orationem esse, quam* orationem *esse affirmat Epiphanius:* Inter orandum, *inquit*, hæc duntaxat proferat. *Ævo Epiphanii vigebat adhuc Helcesaitarum secta, à qua scire facillimè potuit, num inter precandum ejusmodi precationem adhibuerit. Mens igitur hæc est orationis hujus:* Transivit afflictio à patribus meis, tribulationes conterunt me, conterunt tribulationes à patribus meis, afflictio transeat & pace fruar. *Similiter precum &* Marcosiorum, *&* Ophitarum *sensum exprimere conati sumus, facem nobis præferente doctissimo Croio. Annalium nostrorum adumbratio hæc est. Quæ supersunt, cum sequentibus seculis typis mandabuntur, si scripta hæc nostra Lectori non displiceant. Porrò Lectorem rogamus, ne Typographicos errores nobis assignet, quibus emendandis ab urbe Roterodamensi longè dissitis invigilare non licuit*

Epiph. Hær. 19. n. 4.

ANNA-

ANNALES POLITICO-ECCLESIASTICI ANNORUM DCXLV.

à Cæsare Augusto ad Phocam usque.

In quibus res Imperii Ecclesiæque observatu digniores subjiciuntur oculis, erroresque excelluntur Baronio.

F[illegible] ... Annales Imperii, simul & Ecclesiæ perscripserimus, nec satis scimus, nec si sciremus, dicere auderemus. [illegible] ... in rebus Historicis, Chronologicis, [illegible] ... Chronologiæ, & variæ ac Religione opiniones, difficultates plurimum addidere. [illegible] ... in Ecclesia ab Apostolis, ab Episcopis ipsorum successoribus, [illegible] ... Porrò quæ ipsa [illegible] ... à Deo, ad veteres, [illegible] ... collaret.

I. [illegible] ... Julio Cæsari successit Octavius, [illegible] ... Octavio Imperatori, [illegible] ... Curiæ apud Plautum,

[illegible]

[illegible]

Campestres autem opera, in Campo Martio, [illegible] ... Octavius, [illegible] ... Octavia major, [illegible] ... Octavia minor, [illegible] ... & Julia Julii Cæsaris sorore, filia. [illegible] ... Julii Cæsaris ex sorore nepos. Quasi Julii [illegible] ... Julia, nepos. Ac Plutarchus quidem in vita Antonii scripserat, Octavium ex sorore Cæsaris natum fuisse; [illegible] ... Cæsaris, [illegible] ... Octavium [illegible] ...

II. De natalitio Octavii loco, [illegible] ... variant auctores. [illegible] ... Est tamen vero simillimum, Octavium Romæ editum fuisse, ut Suetonius scriptum prodit. *Natus est regione Palatii ad capita bubula*, [illegible] ... Quippe cum C. Lecto[illegible] ... Augustus [illegible] ... Deo, [illegible] ...

III. Natus est Octavius IX. Kal. Octobris Cicerone & Antonio Coss. anno U. C. Varroniano DCXCI. ante Æram Christi, sexagesimo tertio, Cycl. Sol. 3, D. Lun. 15. Est tamen de die quæstio ardua & difficilis. Utrum vigesimum tertium Septembris, de novo, vel de veteri Anno sit intelligendum. [illegible] ... à Julio Cæsare Calendarium [illegible] ... Augustus natus est [illegible] ... Julio, post Solis occasum, [illegible] ... Augusti

Margin: Octavii [illegible]; Plaut. [illegible]; Suet. Aug. [illegible]; Plut. Brut. [illegible]; Locus natalis Augusti; Suet. Aug. c. 5.; Anno ante Dom. 63.

ANNO ANTE DOM. 43.

Augusti genethliacon in Julium mensem: [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible] [illegible] esse, si [illegible] Capricornum horoscopante. Quo [illegible], Suetonium hallucinatum esse, neque defendi hac parte illum posse, fatendum erit. *Natus est, inquit, Augustus, paulo ante Solis ortum*, [illegible] post Solis occasum, si vere [illegible] [illegible], ubique dictum, Augusti horoscopum esse Capricornum. *Tantam mox fiduciam [illegible] [illegible], ut thema suum [illegible], nummumque argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percusserit.* Argumentum [illegible] ex Astrologia petitum, videtur esse certissimum. Sunt tamen & rationes quibus probatur, de XXIII. Septembr. Julian. Suetonii verba esse capienda. Objicitur quippe Octavium Augusti patrem, cum de Catilinæ conjuratione ageretur in Curia, *ob uxoris puerperium, serius adfuisse.* An vero Senator tardius mane in Senatum veniret, [illegible] [illegible] *paulo ante [illegible] [illegible]?* [illegible] [illegible], qui [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible]. Post [illegible] [illegible] quæ [illegible] [illegible] Augusti, natalem [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible]. *Augustum [illegible] [illegible] Kal. Septembris, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fuisse, [illegible] [illegible], quo in Julium, mensis, ante Kal. Octob. celebrarit.* Hæ tamen difficultates evanescunt, si post [illegible] à Cæsare emendationem illi, qui non erant sub Sole Romano, menses purgabant secundum Computo Juliano, ab iisdem mensibus quibus nati erant sub prisco. Octavio patre defuncto, filius ejus educatus est apud Philippum, alterum Atiæ maritum. Postquam adolevit, cum Julius Cæsare vixit, qui carens liberis, Augustum [illegible], [illegible] [illegible], successorem constituit, urgente *Atia*, quæ quò vehementius [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] affirmabat, filium suum ab Apolline procreatum esse [illegible] [illegible] [illegible] est, [illegible] [illegible]. *In [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] libris, lego; Atiam cum ad Apollinis sacrum media nocte venisset, posita in templo lectica, cum cæteræ matronæ dormirent, obdormisse: draconem repente irrepsisse ad eam, pauloque post egressum, illamque experrefactam, quasi à concubitu mariti purificasse se, & statim in corpore ejus extitisse maculam, velut depicti draconis, nec potuisse unquam exigi, adeo ut mox publicis balneis perpetuo abstinuerit. Augustum natum mense decimo, & ob hoc Apollinis filium existimatum.* Similia in Dione leguntur qui & hoc insuper addit, Octavium patrem ex utero suæ uxoris, Solem exoriri sibi visum esse.

IV. Apolloniæ in Macedonia versabatur Augustus, cum novit ex nuntiis, Julium Cæsarem occisum esse. Subinde Romam profectus, paucis comitatus ac privatorum habitu, quasi adeundæ hereditatis causa, urbem ingreditur. Contentum Brutum & Cassium, & si non opinantes, & quia provisum periculum subterfugerunt, [illegible] [illegible], [illegible] [illegible], [illegible] deserere statuit. Ludos autem victoriæ Cæsaris non audentibus facere quibus obtigerat id munus, ipse edidit. Et quò constantiùs cætera quoque exequeretur, in locum Tribuni Plebis forte demortui, petitorem se ostendit, quanquam Patricius necdum Senator. Sed adversante conatibus suis Antonio Consule, quem vel præcipuum adjutorem speraverat, ad optimates se convertit. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] flammam, cum stella supra caput, Veneris in Templo poneret. [illegible] [illegible] [illegible] metum id prohibente, reliqua quæ Cæsari in honorem decreta erant, executioni mandantur. Mensis Julius nominatus est, & defuncti nomine ob victorias, certo die sacrificatum. Porro videbantur novæ res impendere. Octavium Antonius se pro tribunali quò etiam vivo Cæsare [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]; [illegible] [illegible] per lictores [illegible]. Id quidem magnam apud omnes indignationem movebat, ac eò magis, quod ad accommodandum Antonio [illegible] Octavius [illegible] [illegible] [illegible]. Quibus perlatis metu Antonius, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] à benevolentiam se debere fatebatur. Quibus [illegible] [illegible] cum Antonio venit in colloquium, ex quo in gratiam mutuò rediisse videbantur.

Dio l. 45. & 46.

ANNO U. C. 711. PERIODI JUL. 4671. JULIANO 3. AUGUSTI 1. ante Æram Dom. 43. Cycl. Sol. 23. G. Lun. 16. Epact. 22. Epact. Sol. 1.

COSS. Hirtio & Pansa.

I. Augustus à quo nostram exordimur historiam, vixit annos LXXV. menses X. dies XXVI. Natus erat XXIII. Septembr. anno U. C. [illegible] [illegible]. Obiit anno U. C. [illegible], [illegible] Christianæ [illegible] Augusti mensis die XIX. [illegible] [illegible] ante Kalendas, [illegible] imperii ejus tertio, regnavit annos LVI. menses VII. dies [illegible].

ANNO ANTE DOM. 43.

II. Imperialis Octavii annos ingredimur, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] Cæsaris, alii à conducto exercitu, alii à primo ejus Consulatu, à Triumviratu alii, Augusti ducunt Imperium. Annorum habita ratione, [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible], [illegible] possunt. Josephus nobilis ille Hebræorum, à morte Cæsaris, imperium Augusti computavit. *Anno Rufo Prajata, Cæsar fato functus est, qui secundus fuit Romanorum Imperator: præfuitque Reip. annis LVII. sex mensibus amplius, & [illegible] [illegible].* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] error. Julius Cæsar occisus est Martii XV. ab illo die ad Augusti mensis decimum nonum usque, quo Octavius mortem obiit, non annos complevit LVII. sed menses quinque, & dies insuper quatuor numerantur; ut [illegible] [illegible] à veri vestigiis abiisse Josephi Chronologia. Cæterum quæ à cæde Cæsaris [illegible] [illegible] Octaviani imperii Epocha, Annalibus Romanis, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] tempore, Octavius nil [illegible] publici obiret, nulla vel Prætoris, vel Consulari dignitate, fulgeret, imo necdum Senatorium ageret. A morte tamen Julii Cæsaris, Baronio Pagioque Augusti imperium numerare placuit. Secunda Augusti Epocha, incipit ab anno Juliano tertio Hirtio & Pansa Coss. quam Romanis de historiis frequentant. Ab eo tempore incipit Suetonius, *Triumvirale imperium, primum cum M. Antonio, Marcoque Lepido, dein cum Antonio, per duodecim fere annos, novissime per quatuor & quadraginta, solus Rempublicam tenuit.* Ab eo Eutropius, Victor in Epitome, [illegible] ab eo etiam his antiquior, auctor Libri de Oratoribus apud Tacitum, quod est argumento [illegible]-

ANNO ANTE DO. 43.

[illegible], ut [illegible] Baronius. [illegible], inquit, sive alius auctor libri de Oratoribus, [illegible] à morte Cæsaris, numerat Augusti annos, dum imperasse annos LVIII. [illegible]. Sicque Atque legitur apud auctorem: *Nam ut de Ciceroni ipso loquar, Hirtio nempe & Pansâ Coss. ut Tiro ejus libertus scripsit, septimo Idus Decembris occisus est, quo anno D. Augustus, in locum Pansæ & Hirtii se & Q. Pedium suffecit, statue sex & quinquaginta annos, quibus mox D. Augustus Rempub. tenuit.* Quibus [illegible] clarum est, non à morte quidem Cæsaris, sed ab anno Juliano tertio, Augusti natalium imperialium [illegible] [illegible] principatus Epocha, ab Actiaca victoria ducitur: eâque ipsâ Dio utitur. *Solus summum imperium gessit ab Actiaca victoria annos XLIV. quibus* [illegible] [illegible] Aurelius Victor, in Historia abbreviata. *Anno quartoque* [illegible] *& quadragesimo ætatis, morbo Nolæ consumptus est.* Hanc innuit indicatque Suetonius: Augustus *per quatuor & quadraginta annos, solus Rempub.* [illegible] Septembr. anni Juliani XV. urbis vero DCCXXIII. Quarta Augusti Epocha, à captâ anno Juliano XVI. Alexandriâ, desumitur, de qua in Dione [illegible] *Patres Cons. festum esse censuerunt, ab eoque reliqua anni numerandi initium sumendum.* Illam adhibet Clemens Alex. qui imperium Augusti [illegible] *Augustus annos* [illegible] *& quadraginta.* Incipit à XXIX. mensis Augusti anni Juliani XVI. urbis [illegible] Epocha quæ Augustorum vocatur, cum Romanorum [illegible] Octavio est contributa. *Tunc Augustus à Senatu populoque Rom. appellatus est, omnique & populi &* [illegible] [illegible] *Augustus auspicatus est* [illegible] Januarii [illegible] *Augustorum, ducentesimum sexagesimum quintum,* [illegible] *Kal. Februarii Imperator Cæsar Divi filius, sententiâ Munatii Planci, a Senatu,* [illegible] *Augustus appellatus est* [illegible] *septimum & M. Vipsanio Agrippa tertium Coss.* Incipit ea Epocha ab anno U. C. DCCXXVII. Juliano [illegible]

III. Baronium laudat Pagius, quod regnum Augusti, ab anno [illegible], [illegible], *[illegible] Augusti in Chronico & Annalibus, ab anno U. C. 710. Juliano 2. incipiendum,* [illegible] *à sequenti.* Ea verò ratione movetur, quod Patres à morte Cæsaris, initium Augusto communiter desumpserunt. Existimamus tamen tempus Augusti, à Juliano tertio potius, quam à secundo [illegible] numerandum, quod [illegible] agere, & nullâ dignitate fungeretur Octavius, Juliano eo anno, quo Cæsar mactatus est. Neque scriptorum Romanorum ullus, quod sciamus, Baronianam Augusti Epocham adhibuit. Qui tamen in Octaviani historia scribenda [illegible] nobis esse debent. Quin etiam Patrum partem longè maximam nostræ favere Chronologiæ persuasum habemus. Quippe si à morte Cæsaris, utique imperium Augusti [illegible] compararunt, utique Josephus in Chronologiam [illegible], quo etiam [illegible] plures Augusto menses vindicavit. Neque aliam ponere calculum poterat, cum à XV. Martii anni Juliani secundi, quo Cæsar à percussoribus occisus est, ad annum usque LIX. quo mortem obiit Augustus, anni LVII. menses quinque dies IV. numerentur. Quicumque igitur solos annos quinquaginta sex Augusto vindicant, illi non ab obitu quidem Cæsaris, sed ab Hirtii & Pansæ Consulatu, Octaviani annos computarunt. Sunt autem plurimi, quorum agmen Theophilus ducit Antiochenus. *Augustus imperavit annos LVI. menses IV. & dies* [illegible]. Eâ quoque Chronologiâ Tertullianus utitur. *Omnes anni imperii Augusti fuerunt anni LVI.* Eandem usurpat Eusebius. *Annus jam agebatur XLII. imperii Augusti, a subacta autem Ægypto & ab interitu Antonii & Cleopatræ, in qua Ptolemæorum* [illegible] *Salvator noster J. C. in Bethlehem natus est.* [illegible] Pagianæque Chronologiæ, annus Augusti XLII. ille est, quem Lentulus & Messalinus aperuere, Julianus XLIII. urbis DCCLI. Hanc vero numerandi rationem, Eusebium non [illegible], apparet etiamque ex ejus Chronico, quod completos duntaxat LVI. annos scribit Augusto, qui septem & quinquaginta completos [illegible] sexto Januarii, Christi nativitatem affigit Eusebius; existimavit igitur eandem esse anno Juliano XLIV. Augusto XIII. & Plautio Coss. quæ Dominicum natale copulat cum XXVIII. Epochæ Augustææ, à morte Cleopatræ & Antonii deductæ: jam verò anno Juliano XLIII. U. C. DCCLI. sextum Januarii non octavum & vigesimum quidem, sed XXVII. includebatur. Quadragesimus igitur secundus Augusti, Eusebio ille est, qui Julianus XLIV. nuncupatur, cujus primus in Julianum, non secundum, sed tertium [illegible] *Augustus regnavit annos LVI. cujus anno XLII. Dominus noster J. C. secundum carnem natus est.* Quem locum si Pagius attendisset, Petavium fanè non postulâsset errorem, existimantem Augustæi regni initium, anno Juliano tertio, ab Epiphanio. Profectò non fallitur Petavius, cum annos duntaxat LVI. Augusto tribuat Epiphanius, quos LVII. [illegible] chalosses. Ausonium & Hieronymum. *Omnes anni Augusti* [illegible] *LVI* [illegible], Augusti quoque principatum Juliano Tertio [illegible] *annis LVI.* Quid referemus Orosium? Quid Cassiodorum, quid Chronicum Alex. quid excerpta Chronologica Scaligeri, quibus omnibus Octaviani imperium [illegible] LVI completorum spatio terminatur? Illud quidem verum est, [illegible] quinquaginta septem Augusto tribuere. Non ideo tamen putamus, auctorem decessisse sententiâ, cum incredibile sit, paucis post horis vel sibi repugnasse, vel opinionem mutasse. Annos ergo [illegible], quæ quinquagesimam septimam partem regnavit Augustus [illegible]. Baronius Orosium illis inserit qui Octaviani principatum annos, à morte Cæsaris petunt: quo jure viderit. *Is a Cæsaris post ea quam imperare cœpit, annorum prope modum anno XLII. natus est Christus.* Hæc Orosius, qui annum urbis DCCLII. fuisse dicit.

igitur

Dio. Aur. Vict. rep.

Tacit. de or. c. 17.

Dio l. 51.

Dio l. 51. 457.

Clem. Str. l. 1. 339.

Dio l. 53. 507.

Censor.

Baron. Pagius. [illegible]

Theoph. l. 3. 131.

Tertul. c. Jud. c. 8.

Euseb. l. 1. c. 5.

Epiph. de Mens. p. 169.

Hieron. in Daniel. 9.

[illegible]

L. 1. c. 9.

ANNO ANTE Dom. 42.

igitur anno ab urbe Condita DCCLII. natus est Christus. Eumdem vero propemodum annum XLII. dant, quo natum fuisse est, quo Decembris XXV. Christum lucem aspexisse statuunt. Quòd si Augusti XLII. cum anno urbis DCCLII. copulatur, primus igitur Augusti, à Pansa & Hirtio Consulibus incipit. [illegible] sententiae nil nocere obstendi potest. Neque Horatii carmen Octavium [illegible] Epochae patrocinatur.

Nam tibi, quo die
Portum Alexandrea supplex,
Et vacuam patefecit aulam,
Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus.

Ex hoc quidem versibus haec colligit. *Cum neque lustro tertio imperii Alexandriam cepisse dicat, Horatium à nece Caesaris annos Augusti numerasse satis apparet.* Verum ea suspicatio non est ac-[illegible]

Cùm non in lustra senserit Horatius, quae diadi Antonii [illegible], verum illa tantum quae [illegible] Alexandriam expugnationem. [illegible], quae ex [illegible] adepti sunt, carmina haec esse capienda, suo tempore demonstrabitur.

XL. Matris suæ precibus hoc reponit Christus: *Quid mihi tecum est mulier? Nondum venit hora illa mea.* Quæ verò, non simulata sanè censura est, ut palam fit ex suis libris locis. Neque in mentem inducere nostram possumus, tàm durum matri à Filio fuisse responsum, nisi ejus postulatio jure reprehendi posset. Quod vel hoc [illegible] Chrysostomus: *Volebat de se bene mereri, seque ipsam clariorem fieri per Filium, forte & humani humanum passa est, ut & fratres ejus cum dicerent, ostende teipsum mundo, volentes ejus miraculis famam quærere.* Alia placuit Augustino conjectura: *In primo miraculo tentavit illa femina, jubere se Filio posse tanquam mater domina, quæ se agnoscebat ancillam. Fili, ait, deficit illis vinum, [illegible]* [illegible] quam Virginis in sermone impendere [illegible] stimonio, vix in dubium revocari potest: *Nondum venit hora mea.* Matris monitu Christo non erat opus, ut se accingeret miraculo. Constitutum à Deo tempus erat, ut vel momento puncto vindandum. Quoties ejus gloriæ inserviendum fuit, interpellatio Virginis necessaria non fuit. Itaque nisi ex charitate orta sit ejus postulatio, conditionem tamen suæ præcipitanter transit limitem, cùm huic negotio se immiscere non debuerit, ut tota penderet à sapientiâ Filii sui. [illegible] vidit Irenæus: *Præsignata sunt à Patre hæc omnia,* persi-

Anno Do. 30.

Virgo impetit à [illegible] miraculum.

Chrys. in Joan. hom. 21

Epiph. hær. 51 n. 6.

[illegible] Num & quid [illegible]

2 Reg. 16. 2 Reg. 9. Luc. 8. 28.

Chrys. in Joan. hom. 20.

August. de [illegible]

Iren. l. 3. c. 18.

Anno Du. 30.

perficiendum autem à Filio, sicut congruum & conse quens est apto tempore. Propter hoc properante Ma- [illegible] *& ante tempus vo-* [illegible] [illegible] *Quid* [illegible] *Quæ* [illegible] *nondum venit hora mea? Quod* [illegible] *quit, ætatem progressus, jam non amplius a matris potestate pendebat. Illâ enim ipsum hortante in Canâ Galilææ ut suam ostenderet potentiam in nuptiali epulo, & ejusmodi largiendo convivio, egentibus quidem non recusavit gratificari, maternum autem amplexum, ut quod nunquam in tempore adhiberetur, rejecit dicens, Quid mihi & tibi mulier? Numquid etiam hanc meam ætatem regere vis? An nondum venit hora mea, quæ probet etiam, ut imperem & sui juris sim?*

XLI. Cùm Virgini non reprehensæ, Christus spem fecisset miraculi, dixit ministris, quodcumque diceret vobis, facite, quibus probabiliter [illegible] in præparando nuptiali convivio. Ut autem Jesus virtutis suæ specimen exhiberet, jussit ministris [illegible] positas, implere aquâ. Quippe ipsos miraculi certissimos potentissimosque testes habere voluit, ne quid fraudis putaretur, si ipse implevisset hydrias. Poterat quidem nutu suo tàm aerem, quàm aquam, in vinum facillimè convertere. [illegible] adhibere operam, ut luculentius certiusque appareret miraculum; quod absque & morâ temporis, & auxilio naturæ patratum est. Aquam induxerant, vinum hauserunt, quod Architriclino gustandum, jubente Christo præbuêre, cujus & Architriclini officium erat, vinum prægustare & dividere, & hominis sobrii gustus, testis simul & judex optimus erat, generosissimum esse vinum. Magnâ ex confecti vini copiâ, miraculi vis clarescebat. Etsi enim justam adipisci mensuram non detur, constat tamen ingentem fuisse. Metreta, definiente Epiphanio, continet sextarios LXXII, sive congios Romanos duodecim. Si quælibet hydria duarum metretarum solum capax fuerit, confecti sunt congii CXLIV. hoc est præter propter 1728. vini libræ. Sic gloria Christi ingens hoc miraculo patefacta est, & veri speciem habet convivas omnes, audito miraculo ad hydrias accessisse, ut oculis sibi fidem facerent. Eleganter Sedulius:

Implevit sua ergo latices hoc nectare Christus,
Quippe ferax qui vini erat virtute colonus
Omnia fructificans, cujus sub regmine blando
Mitis in occiduas emittit pampinus uvas.

Architriclinus.

XLII. Quid rei sit Architriclinus, paucis circumspiciendum. Non affentimur eruditis, qui Græcorum συμποσίαρχον quærunt in Architriclino. Symposiarchæ officium describit Plutarchus: [illegible]

Plutarch. [illegible]

[illegible] Ibi ego, quando, inquam, omnibus vobis ita videtur, ego me ipsum convivii Imperatorem constituo, unumquemque [illegible] *in præsentiâ* [illegible] Symposiarcha igitur unus è convivis fuit, qui compotationis leges ferebat, accumbentium creatus suffragio: quas in nuptiis Canæ partes non tenebat Architriclinus; itaque non vocatur *Symposiarcha*, quo nomine donatus fuisset, si ions gessisset munera, cùm aptior multo esset congruentiorque appellatio. Ex Gaudentio, Baronius censet Architriclinum *Sacerdotem fuisse*;

Baron. Ann. [illegible]

Nuptias, verba sunt Gaudentii, *apud Judæos consueverunt, non quantum ex traditione comperimus, debuerat de Sacerdotali ordine, qui nuptiarum disciplinæ legitimæ gubernaret, earumque pudore agerent conjugales, simul & conviviorum apparatum, ministros atque* [illegible] *dispensaret, & hoc pro officio Architriclinum, hoc est triclinii præpositum dicerent.* Observans tamen [illegible] id consuetudinem, Hebræorum in monumentis, nullo vestigio reperiri. De Athenaeis [illegible] quidem id narrant Græci, & [illegible] *quasi vini inspectores* vocant, memorantque illos magistratum. Quos hic Athenæus describit: *Oenoptæ magistratum quendam erant apud Athenienses. Isti autem Oenoptæ, observabant quæ fierent in cœnis, sive epulis, an convivæ in bibendo æqualitatem servarent, & erat magistratus vitis.*

Athen. L. 10.

Si verum fateri volumus, conviviorum apparatus ministrorumque dispensatio, non ita decora fuisset Judæo Sacerdoti. Commentus est & hoc aliquid clariss. Lightfootus: *Hunc ego intelligerem eum fuisse, qui instar Sacellani erat, & gratias egit, & benedictiones pronunciavit in solenni convivio haberi solitas.* Neque id nobis probatur, cum Sacellani officio non conveniat nomen *Architriclini*. Triclinium nempe cœnaculum est trium capax lectorum, & novem convivarum, sed ampliori vocabulo, pro *integra domo*, ubi mensis discumbebant, sumitur. Architriclinus igitur ille est, qui præerat convivio, vel ut dominus, vel ut œconomus; quod à *Sacellani* dapibus benedicentis, quàm longissimè discrepat. Præterea ideò ministris in mandatis datum offerre vinum *Architriclino*, quia cùm ejus palatum sobrium esset, de vini bonitate sincerum ferre judicium potuit. *Sacellanus* autem unus è convivis erat. Denique Judæorum in epulis, non erat patrisfamilias gratias agere & poculis benedicere. Sponsi genitori, aut eo defuncto familiæ honoratiori, hoc competebat officium. Architriclini autem nomine, patremfamilias designatum esse, non fit vero simile. Architriclinus igitur ille minister est, qui in nuptiis apud [illegible] *ad* hæc [illegible] debat, imperabat ministris, quod facto opus erat; vina antequam convivis præberentur degustabat, quo de munere Petronius in Satyrico p. 41. *Jam & Trichinarchus* [illegible] *acceperat* [illegible] *infuderat.* In nuptiali convivio, ejusmodi homine opus erat, omnia ut decenter peragerentur.

Lightf. Hor. Hebr. in Joan.

XLIII. Tempus miraculi quod attinet, antiqua Traditio est, in eundem diem, & Servatoris nativitatem, & aquæ in vinum mutationem, esse conferendam: *Eâdem quippe die, qui secundum carnem natus fuerat, primum illud conversæ in vinum aquæ miraculum, edidisse creditur.* Ideòque festâ Januarii, cui natale Dominicum assignat Epiphanius. Maximus verò homiliâ in Epiphania Domini: *Ferunt*, inquit, *hodie, Christum Dominum nostrum, vel stellâ duce à gentibus adoratum, vel invitatum ad nuptias, aquas in vina vertisse, vel suscepto a Joanne baptismate, consecrâsse fluenta Jordanis.* Verùm enim verò

Tempus miraculi [illegible]

Maxim. [illegible]

6

si illâ ipsâ die baptizatus est, ut nonnullorum fert opinio, in quam jam ævo Clementis Alexandrini nonnulli descenderant, ut suo loco demonstravimus, impossibile prorsus est, miraculum apud Canam patratum, in VIII. Id. Jan. incidisse, cùm Christi miraculum inter & baptismum, mensis spatium non fuerit interjectum. Quæ etiam uni eidemque diei, miraculum mutatæ in vinum aquæ, baptismum Domini, Magorum adventum ab Isidoro vindicantur. Quasi ex his fontibus, vox Epiphaniæ, manarit: *Tribus ergo ex causis hæc dies vocabulum sumpsit; sive quia baptizatus Christus populo ostensus fuerit, sive quòd ea die sideris ortus, Magis est proditus, sive quòd primo signo per aquam in vinum versam, multis est manifestatus.* Quam Chronologiam falsam esse, demonstravimus, cum & de vero Servatoris natali, & Magorum adventu, quæstio agitata est. Sunt alii qui non eodem mensis die quidem, sed in primam hebdomadis feriam, Christi & baptismum conferant, & miraculum: *Venerabilis est hic dies, qui Dominicus dies, & dies primus atque perfectus est, & dies clarus, in quo visa est prima lux, in quo transgressi sunt filii Israel mare rubrum siccis pedibus, & in quo* [illegible] *factum est in Canâ Galilææ, quo benedixit Dominus quinque panes, & saturati quinque millia hominum, in quo resurrexit Dominus à morte, quo intravit Dominus in domum clausam, ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum, in quo Spiritus Sanctus descendit in Apostolos, & in quo speramus Dominum Jesum Christum ad judicium venturum.* Ex dubio hoc Augustini testimonio, eò Baronius inclinat, quòd die Dominicâ Christus & baptismum susceperit, & aquam in vinum mutârit. Atqui primâ hebdomadis feriâ, hæc contigisse, qui tandem nobis probabunt? Nonne sole clarius est, honorando diei Dominico, omnia hæc esse ipsi accumulata? Prætereamus de die baptismi Domini, multos multa variâsse, ut certissimis testimoniis ostendimus. Anno Dionysiano trigesimo, cui Christi baptismum vindicamus, sextus Januarii in Veneris diem incidebat, quia Epacta Solaris *septima*, numerabatur; quâ constat initium Januarii, in primâ esse feriâ constituendum. In Baronianâ vero Chronologiâ, quæ XIX. Dionysiano Christi baptismum alligat, sextus Januarii, diei Jovis cohærebat, ex initio Epactæ Solaris 6. Ideòque vel non *sexto Januarii*, si die Dominico, vel non *die Dominico*, si sexto Januarii, baptizatus Christus fuit. Piscantur in aëre, qui patratum in C[illegible] prodigii diem definire contendunt.

Tradi[illegible] Epiphan[illegible]

XLIV. [illegible] Egregium miraculi in Canâ facti monumentum ab oblivione vindicavit Epiphanius, si tradanti vera consentiat: *In harum rei fidem habetque pluribus locis idem quod olim factum est, prodigium usque renovatur, adeo ipsos fontes fluviosque testantur, possunt in vina converti. Cujusmodi ad Cibyram Cariæ oppidum fons est, qui eâdem illâ horâ, quâ ministri aquam hauserunt, ac Salvator dixit, date Architriclino, in vinum vertitur. Idem & in Gerasorum Arabiæ fonte contingit.* [illegible] *ex Cibyra illo fonte, fratres nostri ex Gerasorum* [illegible]*, qui in martyrio est. Plerique verò idem & de Nilo Ægypti fluvio confirmant, qua causa est, cur Tybi undecimo mense in Ægypto aquam hauriunt, ac reservant, idque multis in aliis locis fieri assolet.* Ex fonte Cibyrano bibisse Epiphanium, credimus; mutatas in vinum fuisse fontium aquas, non credimus. Primum omnium solitarius est tellis miraculi, quod silentio non dissimulâssent Clemens Alex. Eusebius, Athanasius, si Januarii [illegible] patrari, plerique confirmâssent, ac ob unum rem Ægyptus aquam hausissent. Epiphaniorum festâ Januarii die celebratorum, meminit Hieronymus, meminit Cassianus, meminêre complures: in Epiphaniam hymnum condidit Traditionum maximus laudator, Damascenus, de mutatis hac die in vinum fontibus, ne *ipsi* quidem habent: incredibile verò sit tot in locis patratum nobile miraculum, nec tamen ullos non versasse in memoriam, nec mandatum literis [illegible], egregia prodigia bene non præcomum. [illegible] [illegible] miraculum, si credatur Epiphanio, consequens est sexto Januarii, Christum non fuisse baptizatum: cùm in unum eundemque diem conferri non possit Christi & miraculum, & baptismus. Quod & profitetur Epiphanius, qui baptismus Dominicum VI Id. Novemb. assignat. Atqui deinde [illegible] *Sexta Januarii ex communi & antiqua Traditione, Christus baptizatus est.* [illegible] que non eâ die patratum Epiphaniorum prodigium [illegible], quod [illegible] apud Canam nuptiæ, *quæ ex communi & antiquâ traditione*, ab illo baptismi Dominici diversus est. Itaque non sibi constat Baronius, dùm & antique de die baptismi Christi sententiæ, & Epiphanii narrationi patrocinatur. Cùm ex mutatis in vinum fontibus, necessariò sequatur, Christum illâ die non fuisse baptizatum. Tertiò nobis sit ex eâ re scrupulus, quòd prodigium ab Epiphanio traditum, non in Galilæâ, non in vico Canâ, contingit, sed in Cariâ, in Arabiâ, in Ægypto. Cùm porrò eo patratum sit, quo miraculi in Canâ Galilææ editi, exstaret insigne monumentum, utique rationi conformius erat Galilææ potiùs quàm Arabiæ, & C[illegible] fontes, sextâ quotannis Januarii die, vini speciem induere. Denique sanâ ratione & audivisse Epiphanium hoc accepisse prodigium, non solùm liquet, quòd de Nilo prodiderit, sed etiam quòd certam non designârit horam renovati miraculi. *Eâdem illâ horâ*, inquit, *quâ ministri aquam hauserunt, ac Salvator dixit, date Architriclino, fons Cibyritanus in vinum vertitur.* Quænam verò hora fuerit posteros non docuit, quam de tam notabili tempore monuisset, si certè illud experimentis deprehendisset. Quæ verò de fontium vino [illegible] ex Plinio [illegible] [illegible] melius subtilisque judicii prorsùs indigna videntur. [illegible], hæc Plinius narrat: *In Andro Insula, Templo Liberi patris, fontem Nonis Januariis semper vini sapore fluere Mutianus ter Cos. credit.* Credat Mutianus, non nos. Hæc erat Bacchi Sacerdotum astutia, nullius impostorum. Argumentoque est, quòd hodie nulli fontes vini *sapore fluere* deprehenduntur. Magnoperè debemus experientiæ, quæ multa à bene multis non explorata satis, scripto mandata falsi tandem coarguit.

Plin. l. [illegible]

XLV. *Peractis nuptiis descendit Capernaum Jesus, & mater, & fratres, & discipuli ejus, manseruntque illic non multos dies, nam prope erat Pascha Judæorum.* In hoc autem temporis intervallo contigisse Simonis & Andreæ, filiorumque Zebedæi vocationem, nobis est probabile: *Ambo-*

Joan. [illegible]

ANNO DO. 30.

[illegible]

lans autem Jesus ad mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui dicitur est Petrus, & Andream fratrem ejus mittentes rete in mare, erant enim piscatores, & dicit eis, sequimini me, & faciam vos piscatores hominum; illi vero statim relictis retibus secuti sunt eum. Tunc progressus inde vidit Jacobum & Joannem fratrem ejus in navigio, cum Zebedæo patre suo componentes retia sua, & vocavit eos. Illi autem statim relicto navigio & patre suo, secuti sunt eum. De Petro Andreâque jam satis dictum, de Joanne qui Christo dilectissimus fuit, pauca. Ex virginem [illegible] Apostolis omnibus tamen minorem credidit Hieronymus, atque hæc verba sunt: *Sed cur non Joannes electus est virgo? Ætati delatum est, quia Petrus senior erat. Ne adhuc adolescens ac pene puer progressæ hominum ætatis præferretur* [illegible] Joannem tunc [illegible], manifestissime docent Ecclesiastica historia, quòd usque ad Trajani tempora supervixit. Cæterùm nova & inopinata nobis hæc est [illegible] Chronologiæ de tempore vocationis Apostolorum: quam his rationibus firmamus. Miraculis needum affuetum Petrum fuisse, cùm hæc illi Christus locutus est, *sequere me* [illegible], qui [illegible], [illegible] magnam piscium capturam: *Cecidit enim ad genua Jesu, dicens, discede à me* [illegible] *peccator sum*. Nova hæc erant prodigia, quibus adeò percellebantur, atque hæc tùm portenta fuissent, Petrus, si equitem in vinum mutatum, [illegible] Herodis filium sanatum, spiritum immundum in Synagogâ Capernaicâ ejectum, [illegible] febricitantem, momento restitutam, vidisset; quæ quidem Petrum antecessisse vocationem vulgò [illegible] post celebratas in Canâ nuptias, se comitati Christum, post ministerii initium, Petro Andreâque credita fuerit. Quippe discipuli Jesu jam [illegible] in Capernaum. [illegible] Petrum Andreamque relictis omnibus, jam secutos esse Christum. Audierant ergo, *sequimini me*. Equidem impositam fuisse discipulis baptizandi provinciam, eo tempore quo necdum ad Christi familiam adscripti erant, ratione non videtur fore esse congruum. Tantò post primum cum Christo colloquium, Petrum ad uxorem rediisse, vero proximum. Neque enim [illegible] [illegible] Epiphanius: *Ex [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible], [illegible] [illegible], qui [illegible] ei [illegible]. Capharnaum [illegible] [illegible] Andreas cum suis receperat.* Quòd si, ut credibile est, Petrus domum suam rediens, Christum ex Galilæâ ad Paschalis festum celebrandum, Hierosolymam proficiscens, ut sequeretur, in Judæâ baptismum ministraturus, ab illo vocari debuit: ubi autem & quando hoc factum est, si cùm Petro & Andreæ dictum fuit, *sequimini me*, non factum est?

Epiph. Hær. 51. n. 15.

XLVI. Atque hîc in magnam difficultatem [illegible]. Quæstionem enim est, eamne unam eandemque historiam describerent Lucas atque Matthæus? Quippe Augustinum cujus sententiam haud multi sequuntur, diversam esse statuunt, quæ variante circumstantiarum. Verùm etiam [illegible] Lucas [illegible] [illegible]. [illegible], cùm [illegible] in [illegible] navigio, *relictis omnibus Christum esse secutos*, non possunt videri longè probabilius uterque, eandem fuisse vocationem. Alioquin relicto Domino eminente, non ad retia rediissent, non multo pòst tempore iterum vocandi; quod enim Apostolorum [illegible] firmat sententiam Epiphanius: *Tunc Jacobum & Joannem* [illegible] *vocavit, qui protinus abjectis secuti sunt ipsum. Quam vero accuratissime Lucas expressit, cum ita secuti sunt nunquam ut amplius discesserint.* Hoc addit, Petrum dixisse, *Discede à me, quia peccator sum*, fortassis enim penituit ipsum quòd ab illo vocatus antea, ad piscaturam [illegible] [illegible] omne est totius historiæ, quæ [illegible] [illegible] [illegible], quasi partibus, completam perfectamque subjiciunt. Cùm ad lacum Genesareth starent Christo, turbæ incumberent, intravit navigium Simonis, & ex eo docet populum. Ut finem concionandi fecit, miraculosam jubet capturam piscium: *Cum hoc fecissent Simon & Andreas, concluserunt copiosam piscium multitudinem, ut rete disrumperetur.* Itaque sociis innuerunt, ut illis venirent auxilio. Cùm gemina piscibus impleta navigia vidisset Petrus, metu perculsus, accidit ad genua Jesu, quem eum amicis verbis solatur, *Ne timeas, ab hoc tempore eris capiens homines*, cujus piscatus adumbratio erat, piscium ad miraculum usque captura. Postquàm ad littus appulêre retia, more piscatorum, Simon Andreasque [illegible] abluere incipiunt: dum hæc incumbunt operi, jubentur à Christo, post se venire. Exinde paululum progressus Jesus, invenit Jacobum & Joannem, qui nonnihil à Petro Andreâque recesserant, postquàm fecêre ipsis auxilio, & in navigio suo [illegible] retibus, se receperant. [illegible] [illegible] [illegible] tur. Eâ ratione circumstantiis quæ interruptæ, diversæve videbantur, connexis, apparet eandem ab Evangelistis historiam tradi. Itaque Lucas dicit *relictis omnibus*, potius non modò, sed etiam domo, familiâ, supellectile, Christum secuti sunt, quod etiam ipsi professi sunt: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Ut similiter Matthæum, qui navem [illegible] & retia, ab Apostolis relicta fuisse fingit, sicut modus Evangelistarum, relictis hydriâ abiit in civitatem. Cùm [illegible], [illegible] [illegible], inquit, omnia; *Jesum secuti sunt*. Quæ perfectiorem indicant obedientiam, quàm illa Matthæi, *relictis [illegible] secuti sunt eum*. Secundum ergo ut Mosis, sic Christi miraculum in aquas factum fuit, quo [illegible] se non minùs maris, quàm terræ potentem esse.

Matth. 19.

XLVII. Ad Pascha quod post susceptum baptismum, Dominus primum celebravit, jam [illegible]. [illegible] [illegible]. Quippe [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], Aprilis septimo celebrasse; quod & aliunde constat: cùm Aprilis novilunium, ad vigesimam secundam mensis lunaris diem pertineret. Itaque Aprilis sexto, ferè quintâ, Christum Hierosolymam ingressum fuisse, probabilissimum est. Ut venit in Templum: *Vendentes oves & columbas* [illegible] [illegible] [illegible] *flagello, ejecit è Templo & oves, & boves, & argentariorum* [illegible] [illegible] [illegible]. Fiebat enim in ipsâ urbe id commercium; sed locus, vel commodè emtis concessus à Sacerdotibus fuit, victimas vendere addixit in Templi atrium. [illegible], [illegible] fuisse Tem-

Joan. 2. 14.

ANNO Dom. 30.

[illegible] reverentes vel perperam, Deum verò & ut nomen colebant. Romanorumque Gentiumque benè gesta, adorando nomini se conferebant. De eâ Templi profanatione ex sordido mercatorum commercio ortâ, pulcherrima sunt verba Hieronymi: *Iuxta mandata legis, augustissimo in toto orbe Templo Domini: & de cunctis penè regionibus Judæorum illuc populo confluente, innumerabiles* [illegible] *taurorum, arietum, hircorum, pauperibus ne absque sacrificio essent, pullos columbarum & turtures offerentibus. Accidebat plerumque ut qui de longe venerant, non haberent victimas. Excogitaverunt igitur Sacerdotes, quomodo prædam de populo facerent, & omnia animalia quibus opus erat ad sacrificia, venderent, ut & venderent non habentibus, & ipsi rursum empta susciperent. Hanc* [illegible] *eorum, crebra venientium inopia dissipabat, qui indigebant sumptibus, & non solum hostias non habebant, sed ne unde emerent quidem aves, & vilia munuscula. Posuerunt itaque nummularios qui mutuam sub cautione darent pecuniam. Sed quia erat lege præceptum, ut nemo usuras acciperet, & prodesse non poterat pecunia fœnerata, quæ commodi nihil haberet, & interdum sortem perderet; excogitaverunt & aliam technam, ut pro nummulariis collybistas facerent, cujus verbi proprietatem Latina lingua non exprimit. Collyba dicuntur apud eos quæ nos appellamus tragemata, vel vilia munuscula. Verbi gratiâ frixi ciceris, uvarumque passarum, & poma diversi generis. Igitur quia usuras accipere non poterant Collybistæ qui pecuniam fœneratam erant, pro usura accipiebant varias species, ut quod in nummo non licebat, in his rebus exigerent, quæ nummo coemuntur.* Cùm autem Joannes Collybistarum non meminerit modò, sed etiam [illegible] nummulariorum, vero proximum est, & in atrio homines extitisse, qui monetam [illegible] aut peregrinam mutarent, quales & hodie dicuntur esse Romæ in gradibus Divi Petri. Flagellum quibus boves & oves Christus expulit, ex funibus, qui [illegible] fuerant, factum fuisse, probabilissimum. [illegible] & homines à Christo verberatos esse, [illegible] cùm percussorem non ageret. Venditores & nummularios non abegisse flagello, [illegible], quòd dominus columbarum diceret, *tollite hinc ista.* [illegible] Ven[illegible] flagello boves, ovesque sine [illegible]; solis [illegible] nummulariis flagellum Dominum admovisse [illegible].

XLVIII. Commoti Christi facto Judæi, [illegible] *ista facis?* Quâ [illegible], non obscurè Christum postulant seditionis rebellionisque, nisi miraculis probet, hanc sibi auctoritatem competere, ut ex Templo illos indignè ejiceret, quos Sacerdotes admiserant. Atque in ipso Christi facto, ingens sanè miraculum fuit, cùm tanta nummulariorum, & venditorum pecudum cohors pellenti non restiterit. Hoc docet Origenes: *Non enim potentia Servatoris apparuit in ejiciendis iis, quàm* [illegible]. Hoc vidit Hieronymus; quem & audire voluptas est: *Plerique arbitrantur maximum esse signorum quod Lazarus suscitatus est, quod cæcus ex utero lumen acceperit, quod ad Jordanem vox audita sit Patris, quod* [illegible] *in monte gloriam* [illegible] *triumphantis. Mihi inter omnia signa quæ fecit, hoc videtur mirabilius esse, quod unus homo, & illo tempore contemptibilis, & in tantum vilis, ut postea crucifigeretur, Scribis & Pharisæis contra se sævientibus, & videntibus lucra destrui sua, potuerit ad* [illegible], *mensasque subvertere, & cathedras confringere, & alia facere, quæ infinitus non fecisset exercitus. Igneum enim quiddam & sidereum radiabat ex oculis ejus, & divinitatis majestas lucebat in facie.* Cæterùm quæ postmodum in Templo Christus exercuerit, Judæorum quæstioni [illegible], circa divinissimum corporis sui Templum [illegible] miraculum omnium gloriosissimum pollicetur: [illegible] & [illegible] *excitabo illud;* cui Judæi respondent: *Quadraginta & sex annis ædificatum est Templum istud, & tu intra triduum illud excitabis?* Quâ de re copiosè & abundanter scripsimus. Satis est observare, verba Judæorum, neque de Salomonis, neque de Zorobabelis Templo, capi posse. Illud septennio ædificatum fuerat, & à Chaldæis eversum. Ad [illegible] quadraginta [illegible] impensi non fuerunt. Itaque [illegible], Chrysostomus, Hieronymus, aliique omnes qui Zorobabelicum Templum in verbis Judæorum sibi videre videntur, annos 46. illos includunt, quibus ab ædificando temperatum est. Quasi verò Templum fuerit, cùm ab illo condendo abstinetur. Si verè & cogitare, & loqui volumus, [illegible] Templi [illegible] Herodes, Judæi mentionem faciunt. Quippe, quod omnibus notum erat atque obvium, proferunt, ut [illegible]. Ac vera quidem prædicâsse, historia Josephi indicio est, quæ cum dicto Judæorum egregiè consentit. Etenim anno urbis 737. Juliano XXIII. Herodes [illegible], sic atque sextus & quadragesimus deinde erat in cursu, cùm de Templo colloquium Christum inter & Judæos est institutum. Atque hæc Chronologia est in observatione ponenda, ut quâ discimus, baptismum Christi in eum annum [illegible].

XLIX. Postridiè hujus colloquii, priusquam [illegible] Christus complures signis [illegible] ejiciendis pecudibus, pellendisque nummulariis exercuerat: *Cum autem esset Hierosolymis in Pascha* [illegible] *videntes signa quæ faciebat.* Quos inter unus fuit è Pharisæorum grege Christo infestissimorum, & à fide quàm maximè abhorrentium, Nicodemus Legis peritus. Si Baronio creditur; *Nicodemus Judæorum nobilissimus erat, & inter illos facilè Princeps.* Quod Purpurato excidisse miramur, cum Nicodemus summum Pontificem non ageret, [illegible] Judæos omnes anteibat. [illegible] Principibus unus, magnus inter suos & auctoritate, utpote Magister Israelis, & opulentus quæ divitiarum præstantia honorem conciliat. Tantis opibus Nicodemus affluebat, ut ad Christum sepeliendum, attulerit mixturam myrrhæ & aloës, libras quasi centum. Venit autem ad Jesum nocte, ut qui Princeps, [illegible]

[illegible]

[illegible]

doctrinae: *Recte, inquit, dici potest, quia cum* [illegible]

[illegible]

puli jam ante baptizâssent in nomine Trinitatis, non prius Petrò quam aliis Apostolis, innotuisset Christi divinitas. Neque argumentationibus opus est, cùm exquisitissimis Veterum testimo- [illegible]

[illegible]

quod magis evidentis, baptismo Christi. Neque [illegible]

[illegible]

Anno Dom. 30.

[illegible] sio, & aliis persuasit Hieronymus: *Convenientium quoque est, quod Abram a cæde hostium revertens, quos persecutus est [illegible] Dan, quæ hodie Paneas appellatur, non de via Hierosolymam, sed de [illegible] Metropolim Sichem, in itinere fuerit, de qua in Evangelio quoque legimus: Erat autem Joannes baptizans in Ænon juxta Salim, quia aquæ erant multæ ibi.* Quæ sane vix capimus. Concedamus prope Sichem urbem fuisse nomine Salem: de illa sanè Evangelium intelligi nequit. Argumento est, quòd ditionis Samaritanorum erat, [illegible] Judæis infensissimorum. An igitur vero simile Joannem Samaritanorum in regione constitisse, ministrando baptismo? Hoccine passi fuissent Samaritani, qui nullo cum Judæis commercio miscebantur? Quin etiam non [illegible] satis constare videtur Hieronymus: *Ænon*, inquit, *juxta Salim, ubi baptizabat Joannes, & [illegible] ad [illegible] Scythopolim, juxta Salim & Jordanem.* Si Ænon juxta Jordanem, non igitur prope Salim Samaritanorum. Ænon non longè à Jordane distitisse indicat Brocardus: *Ante montem Galaad versus Jazaod, quæ est in latere Australi montis Gelboe, transit via plana de Jordane in Salim, ubi erat Joannes baptizans.* Memoratque Traditionem, quâ in Salim Christum Joannis baptismum suscepisse docebatur. Quod nullo fingi modo potuit, nisi juxta Jordanem situs fuisset ille vicus, quod & [illegible], *Baptizabat in Ænon prope Salim, ubi erant aquæ multæ*, [illegible]

LIII. Cæterùm Baronio assentiri non possumus, scribenti: *Existimamus Ænnon idem esse quod Ænon, qui erat locus inter Azotum, & Diospolim.* Imò Ænon, & Ænnon diversa esse loca, apertè liquet, si audiamus Hieronymum atque Brocardum: *Ænon*, verba sunt Hieronymi, *[illegible] Thamnam, nunc desertus locus, & [illegible] Thamna vicus grandis, qui situs est inter Æliam & Diospolim, & fons in supradicto Ænan loco, unde & Ænnan, id est fontis nomen accepit, in quo [illegible] idolum, maximâ illius regionis veneratione colitur.* Ænnon verò alius situs erat: *Ænnon juxta Salim, & ostenditur nunc usque locus in octavo lapide Scythopoleos.* Ænan ad occidentem mare versus, Ænnon ad meridiem, vel orientem potius situm erat. Sed & diversæ sunt appellationes. Ænon ab Hieronymo scribitur עינן Ænnan verò est עינים oculi sive fontes, quia fontes sunt terræ veluti oculi. Brocardus etiam meminit urbis Ennon vocatæ, quæ item ab Ænnon, cùm ab Ænon diversa est: *A Sichem versus orientem ad Jordanem procedendo, occurrunt loca ad Ennon oppidum benè munitum, opimis abundans [illegible], [illegible].*

LIV. Dùm officio suo fungitur Joannes, [illegible] cum Judæis de purificatione litigabant. Hoc est, de Joannis [illegible] baptismo [illegible] præstaret? Quidam baptismus [illegible] verè apud & congruâ vocaretur, cùm eo expiarentur peccata? Judæi multi, & Joannis testimonio, & miraculis à Servatore editis, vehementer moti, relicto Joanne cœperant adhærere Christo, ac ejus baptismum, illi Joannis præferre. Itaque moleste ferentes Joannis discipuli, ad magistrum venerunt, ut querelas apud eum suas deponerent. Quem tu, inquiunt, cùm obscurus esset, celebrem tuo testimonio reddidisti, ecce baptizat usurpato officio tuo, & omnes ad illum accedunt, quasi tibi gloria, & auctoritate præcellerent, qui tuo testimonio de dignitate suâ docebantur. His Joannis animum dictis inflammare cogitabant, ut Christo interdicerent baptizandi munere; quos cæco amore captos, eximio sermone instituit. Nil mirum quidem si se prætermisso, omnes ad sponsum Ecclesiæ accedant. [illegible] non gaudere modò, sed voluptate gestire se, quòd [illegible] ad illum confluant, cùm ut [illegible] legatus sit. Æquum esse terrena cedere cælestibus. Qui sibi velit benè esse, Filio Dei adhærere, illi opus esse, cum incredulitas maximum hominibus calamitatum inferat. Hæc sunt ultima Joannis liberi concio: quem non multò post Herodes Antipas detrusit ad carcerem, Herodiadis causâ: *Dicebat enim ei Joannes, non licet eam tibi habere.* Aliam Josephus scripsit causam: *Cùm magna concursio ad Joannem fieret, plebe doctrinæ ejus avidâ, Herodes veritus ne tanta hominis auctoritas defectionem aliquam pararet, quod [illegible]* [illegible] Quippe Pharisæi [illegible] [illegible] Herodi, [illegible] ad [illegible] [illegible] doctrinam; quod & innuit Christus: *Dico vobis, Eliam jam venisse, quem non agnoverunt, sed fecerunt in eo quæcumque voluerunt. Sic & Filius hominis patietur ab eis.* Quibus significatur ab eodem hominum genere & Joannem traditum, & Jesum esse tradendum, quem constat venatum à Pharisæis sæpius, & tandem Pilato ad necem datum. Idcircò ubi Christus audivit Joannem Herodi esse traditum, excessit Judæâ, non Herodis ditioni non permissâ, ne forsan modo à Pharisæis, quorum magna fuit in Judæâ potestas, Herodi quoque traderetur. Tanta sanè Pharisæorum fuit apud plebem auctoritas, ut absque eorum consilio operâque Herodes vix potuerit Joannem prehensum in carcerem conjicere. Itaque Baronio nil ratione fuit, cur de causâ injectorum Baptistæ vinculorum, in Josephum inveheretur: unius ejusdemque rei causæ plures esse possunt.

LV. De Joannis carcere in novam descendit opinionem vir doctissimus Bernardus Lamy, Orat. Presbyter. Joannem nempe bis in carcerem deductum fuisse. Duo, inquit, Præcursoris vincula necessariò distinguenda sunt, [illegible] quòd & ad Jordanis ripas in Judæâ interius infestatus [illegible] Judæorum, & in Galilæâ [illegible] fratris sui [illegible]. [illegible] Christum [illegible] Primò, [illegible] carcerem [illegible] Joannes in carcerem. Quæ [illegible] præcursor, dùm in Ænon fontem ministrabat baptismum. Sed & aliquid addidisset Evangelista exhibendo utriusque carceris discrimen. Liber ergo fuit carceris, donec ab Herode caperetur. Secundò, etsi temperarent sibi Pharisæi ob auctoritatem, quam Joannes habebat, celeberrimam, cùm tamen in amore esset omni populo, non tàm fuit mirum in

Joseph. l. 18. c. 7.

Matth. 17.

Lamy [illegible]

Joan. 3.

Quæstio [illegible] baptismum, Joannes in carcerem [illegible]

[illegible] Itaque Christo interroganti de Joannis baptismo; *[illegible] esset an ex hominibus, dixerunt, nescimus,* [illegible] *responderent ex hominibus,* [illegible] [illegible] vivum, de cujus doctrina [illegible] [illegible] [illegible] Andream audivit dicentem, *Ecce Agnus Dei.* [illegible] in carcere Joannem [illegible] Christum agebat in deserto, qui [illegible] Heremum adhuc comporter, [illegible] [illegible] *[illegible] Joannes, postero die voluit Jesus abire in Galilæam,* c. 1. 43. diem designent, qui [illegible] [illegible] Cephas: quo quidem tempore Joannes libertatem retinebat suam. Nondum igitur illa Joanni aptata vincula, cùm Christus in vicum Cana se contulit, ut adesset nuptiis. Vim argumenti [illegible] Baptistæ carcere: *Vox Græca* [illegible] *quidem* [illegible] *significat,* [illegible] Verùm [illegible] credere vix possumus, [illegible] plusquam sex hebdomadum spatio. Quod enim [illegible] Contendit quidem vir doctus [illegible] indeterminatum, & [illegible] Latinâ, [illegible]

Quod sit futurum, cras fuge quærere.

Martialis:

Cras te victurum, cras dicis, Posthume, semper,

Dic mihi cras [illegible] Posthume, quando venit?

Frustrà tamen est crisis hæc, quæ Joannis [illegible] [illegible] sensu sumitur Joann. 1. v. 29. 35. Quibus accedit, cùm & venisse, & [illegible] [illegible] Quandò, antiquis [illegible] Joannis carcer ignoratus, Tatiani Evangeliorum Harmoniæ Ammonium, qui de [illegible] Joannis [illegible] [illegible] Evangelio; *[illegible] causam hujus Scripturæ ferunt: quod cùm legisset Matthæi, Marci, Lucæ volumina, probaverit quidem [illegible] historiæ & vera eos dixisse firmaverit, sed unius tantum anni, in quo & passus est, post carcerem Joannis historiam texuisse.* [illegible] Joannis carcerem [illegible] Bernardo Lamy in Matthæum, [illegible] Joannes in Evangelio narrat, [illegible] Matthæo, Marcoque [illegible] historiam. Profectò non [illegible] [illegible] in historiâ [illegible] [illegible] in Antiquitatis [illegible].

L. VI. Neque [illegible] vero, in [illegible]. [illegible] fam, nec post tentationem Christus [illegible] in Galilæam secessisse, cùm esset, quòd audisset Jesus *traditum fuisse Joannem.* Atque [illegible] Herodes; [illegible] Matthæum, Marcúmque [illegible] Respondemus [illegible] à Matthæo, Marcoque prætermissa fuisse, quæ [illegible] Servatoris historiam [illegible] Joannem, [illegible] Christus baptizabat, Joanne adhuc docente, [illegible] [illegible] anticipatio est in verbis Matthæi atque Marci, [illegible] Galilæam Christus [illegible], ut [illegible] nuptiis, [illegible] à Christo celebrato, profundum egêre silentium. [illegible]: *Quâ de causâ* [illegible] [illegible] Quæ in argumentatione [illegible] Matthæum, & quidem [illegible] possint. Evangelistarum [illegible] Joannis [illegible], quod de Lucâ [illegible] [illegible] hanc enim assignari ratio possit, [illegible] Matthæum de Baptistæ [illegible] [illegible] aut Jesus Galilæam incoleret, [illegible] Esaias, eique annalem [illegible]. Quâ [illegible] Matthæum [illegible] [illegible] fuisse, ut Lucam de Joanne. Alio insuper argumento pro [illegible] Joannis carcere certatur: *Quamvis cogere possemus, bene constare à Matthæo & Marco professionem Domini in Galilæam videndam fuisse, quia audierat Joannem traditum, si illi Evangelistæ [illegible] de carcere Herodis, an* [illegible] *Dominus se ipse commisisset periculo, quod fugerat?* Brevi respondemus, Joannem à Judæis Herodi traditum fuisse, [illegible] Judæâ Christum, [illegible] [illegible] Baptistæ non [illegible] [illegible] *[illegible] est Joannes à Synedrio* [illegible], [illegible] *Judæâ, [illegible] Galilæam.* Hæc [illegible] Joannis magno [illegible]; [illegible] Joannis [illegible] Novembri [illegible]

L. VII. Postquam Christus novit Joannem esse Herodi traditum, relictâ Judæâ regressus est in Galilæam. Jam December aderat, [illegible] *[illegible] quadrimestre spatium superest, & messis erit.* Idcircò [illegible] Judæâ. [illegible] Galilæam [illegible] Herodi, qui Joanni libertatem [illegible]; [illegible] Maldonatus [illegible] [illegible] [illegible] Fingit [illegible] Joannis [illegible]

Lamy Concord. [illegible]

Lamy Concord. [illegible]

Lamy Concord. [illegible]

Hier. de Scr. Eccl.

Sebastiani [illegible]

Joann. 4. 35.

Anno Dom. 30.

nem, cujus Tetrarcha Herodes, in superiorem Galilæam, quæ extra Herodis Jurisdictionem erat, & Galilæa gentium vocabatur. Quæ rationis & philosophiæ partim est aberrans. Cum fuerit enim ex Judæa, [illegible] ut ibi [illegible] prius hanc Herodis fuisse: *Antipam, inquit, quem [illegible] regem [illegible], [illegible] Jerosolymam [illegible] confessos.* Utrasque sane Galilææ imperaverat Antipas pater, quam tamen filio mandaverat. Quo verò Christus relictâ Judæâ, venit Canam & Capernaum, urbes inferioris Galilææ. Non ergo fugit Herodem Christus, cum potius ad eum magis accesserit, sed Pharisæos. Illi enim invidiæ stimulis agitati, quòd jam in gloriâ esset, propter prædicationem & miracula, quibus Joannis splendorem obscurabat, Christum perinde atque Joannem specie seditionis tradidissent Herodi. Quam secessus hujus causam, non obscurè Joannis indicat Evangelium: *Ut ergo cognovit Dominus quia audierunt Pharisæi quia Jesus plures discipulos facit, & baptizat quam Joannes, reliquit Judæam, & abiit iterum in Galilæam.* Tertia à baptismo in Galilæam profectio hæc est. Prima fuit, cùm peractâ tentatione, *regressus est in Spiritu in Galilæam.* Quibus vox Spiritus exteriorem [illegible], cùm phrasis hæc nunquam adhibeatur nisi, quæ supra captum mortalium non est, significandæ. Non nullis enim miraculis, relictâ Galilæâ, venerat Bethabaram, ut Joannis præconio decoraretur, novos Simonem & Andream fratres, Philippum ad sequendum se vocaret. Deinde ex Bethabarâ ultra Jordanem, rediérat in Galilæam, ut adesset celebrandis illis nuptiis, Petrum Andream, simul Zebedæi ad se [illegible]. Quo [illegible] post agitandum Paschatis festo, Hierosolymam tum cum discipulis contenderat. Tertium demùm à baptismo in Galilæam reditus is est, qui incepta mox nuntium captivitatis Baptistæ. Neque mirandum quod Herodes qui Joannem vinctum habebat, dimittere Christum sciverit. Nil ipsi [illegible] tempora, à tyranno periculi imminebat, [illegible] Pharisæi, accedunt timendum sunt, qui invidiâ potius eum Herodi tradidissent.

LVIII. Proficiscenti in Galilæam ex Judæa, *oportebat eum transire per Samariam*, hoc est Samaritanorum regionem. Quæ verba Joannis non minimum illustrantur ex Josephi loco: *Mos erat Galilæis, per dies festos Hierosolymam petentibus, iter facere per Samaritanorum regionem.* Venit ergo Jesus *in urbem Samariæ, quæ dicitur Sichar, juxta prædium quod dedit Jacob Josepho filio suo. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere sic sedebat ad fontem. Hora autem erat quasi sexta.* Sichar, vetusto nomine, Sichem vocabatur. Vastatam ab Abimelech, restituerat Jeroboam, ut regni Israelitici caput traderet. At Samaritani tradit caput mox erat, regnante Alexandro M. *Samaritæ quorum tunc Metropolis erat Sichima sita ad montem Garizim.* Regnante Herode, [illegible] Sebasten appellationem induerat. Hinc scriptum Josepho, *apud Samariam, nunc Sebasten dominante Herode.* Similiter Hieronymus de Paulâ: *Vidit Sebasten, id est Samariam, quæ in honorem Augusti, ab Herode Græco sermone Augusta est cognominata.* Profecto hæc Judæorum ad templum, propter eam urbem Sichem ædificârunt: *Fons ad Bersabe, quæ hodie Neapolis di-*

citur, [illegible] ab urbe lapide. Profectus fuit [illegible] sermo, dicitur usque in præsens fons, sine [illegible] [illegible] solo subjectam. Urbs celeberrimæ [illegible] Judæis [illegible] que [illegible], [illegible] ipse retinuit in suâ Apologiâ, quæ vulgò secunda inscribitur, *Flavia Neapolis Palæstinæ urbis.* Quæ vocabula omnia, perinde atque Sichem, & Sichar, unius sunt & ejusdem civitatis. De Paulâ Hieronymus ad Eustochium: *Transivit Sichem, non ut plerique errantes legunt, Sichar, quæ nunc Neapolis appellatur, & ex latere montis, extructam circa puteum Jacob, intravit Ecclesiam.* Hæc est illa ipsa civitas, ad quam Christus accessit. Josepho data dono fuerat à patre suo, quod observat Evangelista, alludens ad verba Mosis: *Do tibi partem unam supra fratres tuos, quam tuli e manu Amorrhæi gladio meo.* Cujus prædii in veterem in possessionem Josephus, ut eo loco sepelirentur ossa sua mandaverat. Non consentimus tamen eruditis, qui unà cum Chrysostomo Ambrosioque censent, Jacobum hunc sibi asseruisse locum, *in gladio & arcu,* quando Simeon & Levi urbem Sichemitarum populati sunt. Non fuit sane Sanctus ille Patriarcha, ascriptus sceleris, quod & verens, & moriens, execratus est. Neque *arcu* vallaverat est Sichima, sed solo gladio. Bellum indicat phrasis Jacobi; factum autem [illegible] pugna non fuit. Itaque magis placet eorum sententia, qui prophetice [illegible] verba Jacobi: *Do tibi partem unam, quam capietis e manu Amorrhæi.* Quippe moribundus Jacobus, bellum sibi vindicare non potuit, quod ipsius posteri gessêre. Aliàs eodem potuisset modo dicere, Solem, Jordanem, flumina, expugnatas Jerichuntem. Nullo sane, ut memoria est, ostendi exemplo posuit [illegible]. Longè verisimilius ergo post discessum Jacobi, à [illegible] locum à Jacobo mercatum fuisse locum, quem postea invectis, gladio & arcu, hoc est, armis expulerit, potentemque [illegible], quem Josepho [illegible] dedit. Non improbabilis est Clariss. Lightfooti conjectura, Joannem scripsisse Sichar, non Sichem, quod Judæi *Samaritanorum Metropolim Sichar*, pro Sichem vocarent. Sichar enim *ebrietatem* indicat, ut ad minas Esaiæ digitum intenderent: *Væ coronæ superbiæ* שכרי *ebriis Ephraim.* Non secus ac Spiritus Sanctus nomen *Achor*, mutavit in *Achar*, & *Achar* עכר *turbator Israel.* De fonte Jacobi cujus meminit Joannes, hæc tradit Brocardus in descriptione Terræ Sanctæ: *Inter duos montes sita est civitas Sichem, quæ hodie Neapolis vocatur, amœnitate & deliciis, nulli loco inferior. Haud longè à porta ejus australi, est fons Jacob in viâ quæ ducit Jerusalem, ubi Dominus sedens super puteum, potum postulavit à muliere Samaritanâ.*

LIX. Dum sedebat ad fontem Christus, ecce mulier Samaritana Sichemæ civitatis incola, *venit ad hauriendam aquam: dicit mulieri Jesus, da mihi potum. Mulier verò, quomodo, inquit, tu Judæus cum sis, potum à me poscis, quæ sim mulier Samaritana, non enim utuntur Judæi Samaritanis.* Ex dialecto, novit mulier, Christum ipsum Judæum, Judæi autem vasis Samaritanorum non utebantur, [illegible] Samaritanæ moveret. Christi postulatum, quod Judæorum consuetudo vetabat. Præcipua autem illæ erant dissidii causæ. Samaritani cognito quòd Judæi è captivitate Babyloni-

Joseph. lib. 20. c. 5.

Joan. 4.

Joan. 4. 12.

Luc. 4. 14.

Joan. 4. 4.

Joseph. lib. 20. c. 5.

Joan. 4.

Joseph. lib. 11. c. 8.

Hieron. Ep. 27.

Epiphan. & [illegible]

Hieron. Ep. 27.

Gen. 48. 22.

Isa. 28. 1.

1 Paral. 2. 7.

Joan. 4. 9.

ca

Anno Dom. ja.

[illegible], Templum instaurarent, adeunt Zorobabelem et Jesum, postulantes ut admitterentur ad Templum, communi sumptu aedificandum: Nam se quoque eundem Deum colere, & ejus gloriae nomine, religionisque [illegible] egisse, Jam inde ab illo tempore quo à Salmanassare Assyriorum Rege, è Cuthâ in hanc regionem translati fuerant. Ad quae postulata, [illegible] ad simul aedificandum admitti eos non posse. Quod Samaritani indignè tulerunt. Accessit aliâ nova causa. Manasse Jaddi Pontificis frater, Nicaso filiam Sanaballetis duxerat, quod Mosaicae de Sacerdotali connubio legis [illegible]. Postulabant ergo Judaei, aut dimitteret uxorem, aut non amplius accederet ad altare. Profectus ad Socerum Manasse, se quidem amare diceret filiam Nicaso, nolle tamen propter illam privari Sacerdotio. Ad hoc respondit Sanaballetes, se illi non Sacerdotium tantùm servaturum, sed & Pontificatum praestiturum, aedificaturumque Templum Hierosolymitano non absimile in monte Garizim: Cùmque multi Sacerdotes & Israelitae ejuscemodi essent connubiis conjugati, omnes defecerunt ad Manassem, Sanaballete praebente eis pecuniam, & agros ad colendum. Itaque à vero abfuisse credidi, qui scribunt Samaritanos, per proprios Sacerdotes, non Levitici generis, sacrificia sua obtulisse: cum, ex quo Templum Garizitanum extructum est, ei ex Judaeis Sacerdotes ministrârint; cui consentit & Benjamini Tudelensis [illegible]: Habent verò Sacerdotes ex posteritate Aron Sacerdotis, [illegible] Tertia odii causa fuit Judaeos inter & Samaritanos, de sacris coram Alexandrino disceptatio. Judaei contendebant Templum Hierosolymitanum esse [illegible]. [illegible] Rex Aegypti Ptolomaeus, eui Andronicus ex continua Pontificum successionum persuasit, Hierosolymitanum Templum ex [illegible] Mosis esse conditum, Sabbaeum verò & Theodosium Garizitano patrocinantes, addicendos [illegible] factum Hyrcani, qui post annum à condito [illegible] vastavit.

LX. Sed non minimum dissidii causam praebuit Religio. Veterum & recentiorum opinio, Samaritanos idololatras esse dicens, cujus causâ, pro impiis habebantur à Judaeis. Illud quidem verum est, Cuthaeos olim idolis exhibuisse venerationem, vel eo tempore, [illegible] Mosis Religionem amplectebantur. At diù ante Christi adventum nonnisi cultum ejusdem, Hoc docet Epiphanius, Samaritae acceptâ lege, [illegible] ut idolorum [illegible] superstitionem, unum Deum agnoscerent. Nulla in eorum Templo fuerat effigies, cum Hierosolymitano simili [illegible] esset. Neque tàm facile ex Hierosolymitanis Judaeis illi, qui ceremoniales violârant leges, ad eos perfugissent, si idolorum cultui [illegible] apud Hierosolymitanos aut [illegible] ad Samariam confugiebat, calumniam se passum dicitans. His ergo capitibus Samaritanorum Religio à Judaica [illegible]. Quòd Hierosolymae sanctitatem assignabant Judaei, eam monti Garizitano adscribebant Samaritani. Cujus rei non obscurum est indicium Samaritanae ad Christum sermo, Patres nostri in hoc monte adoraverunt, & vos dicitis Hierosolymis esse locum ubi adorare oportet. Itaque ut Judaei inter orandum [illegible] versos, sic Samaritani ad montem Garizitanum mentem atque oculos erigebant, quod observatum Epiphanio, Inter orandum undique se ad montem istum Sanctum obvertunt. Quâ in monte venerationis manifestò possent: Faciunt sacrificium & [illegible] quem habent in monte Garizim, contra illud quod scriptum est in lege, & dabis benedictionem super montem Garizim, Imò se vocant volunt, pertinentes ad montem Sanctum. Praetereà Samaritani spreta Prophetarum scripta, soli Pentateucho adhaerebant: Porrò à Judaeis, ubi te permittis deferunt, quòd ii Prophetarum scripta secundum Mosen sua tradita, sed quoque duntaxat voluminum, quae per Mosen Israelitarum generi data sunt. Quâ de causâ eleganter scriptum Hieronymus, Super puteum Jacob resedens Dominus, [illegible] Samaritanâ sola sociatus est, quae quinque librorum voluminum viris, [illegible] habere [illegible] tempore, discrepabant à Judaicâ disciplinâ, Edicunt Mosis, à postridie Sabbatorum numerabis tibi septem septimanas, hoc de Sabbato ordinario, sive VII. feriâ, Samaritae interpretabantur, cum Judaei semper à XVI. Nisan in quemcunque diem incideret, numerum inirent. Neque id modò, sed omnem secundum cujusvis hebdomadis à XVI. Nisan ductae, diem, ad usque Pentecostem, eâdem religione, quâ festum Omer, celebrabant: unde ipsis inditum nomen שבועי Sebuaei sive hebdomadistae, quod certae Samaritanorum sectae, [illegible] imposuit Epiphanius. Addunt plerique, resurrectionis mortuorum [illegible]. Quòd de re nostram peregimus sententiam. Quòd si vera foret ea traditio, non eo tamen dogmate, Samaritani à Judaeis simpliciter [illegible] Sadducaei, quorum hic meminit. Haec erant praecipua capita mutui de religione dissidii, Judaeos inter & Samaritanos.

LXI. Caeterùm Samaritani à Jacobo sanguinis orationem [illegible] deducere, ut constat ex oratione mulieris: Nunquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, & qui ipse bibit & filii ejus, & pecora? Quòd ex Josepho [illegible] in rebus Judaeorum Afflictis negant se Judaeorum [illegible] verò effulgere eis fortunam viderent, consessim à Josepho, ejusque filiis Ephraim & Manasse ferrent generis sui ducunt. Quod & scriptum [illegible] Judaei [illegible] Ephraim Tribû esse. Mulieris autem ex sermone fontem Jacobi commendantis, tùm ex bonitate, cùm ex hac aquâ biberit Jacob, tum ex abundantiâ cum pecoribus ejus sufficerit, Jesus occasionem [illegible] aquae coelestis, quâ fieret omnis pellitur. Ut autem exhibito sapientiae suae specimine, Christus ad sui notitiam, mulierem perduceret, ostendit se non esse imperitum quem ducebat, virûm hospitem. Quo signo percussa, bonae rectè judicat,

Marginal notes: Ant. Jud. l. 11. c. 8. — Ibid. c. 8. — Epiph. — Itiner. — Joseph. l. 13. c. 6. — Causae odii quibus Samaritani à Judaeis dissidebant. — Joseph. Ant. l. 9. c. 14. — Epiph. haer. — Samaritani à Jacobo [illegible]. — Joan. 4. — Joseph. l. 9. & [illegible].

Anno D. 30.

